consumptionem medietatis colatū dulcoretur cū melle despumato et fiat potus administrand⁹ mane et sero tepefactus pro qualibꝫ vice. unc. v. quo cōsūpto sequētes pillule sumātur citra mediū noctis. R. masse pillulaꝝ de agarico. ʒ. i. agarici. ϶. ſ. salis gēme. gra. i. misce cū siropo de liquiricia et fiant pillule ix. Postea sumantur diapenidiū vel diaprꝭ salmonis pro cōfortatiuis. Postremo vngatur regio toracis cum vnguento dialtee mane et sero cui misceatᶻ parū olei amigdalarū dulciū Virtus eius tercia est q̄ letificat coꝛ scꝫ quādo buglossa decoquitur cū carnibus vel misceatᶻ in oleribus que fiant ex buglossa borragine et bletibus in iure carniū recentium decoquendo. aut fiat decoctio cū vino quod vinū simile operatur. Serapio. Et quando folia eius cōburūtur istud valꝫ fluxibilitati dentium et gingiuarū. Idē valet ad alcolam et proprie in ore pueroꝝ et in omnibꝫ calidita tibus que fiūt in ore. Et proprietas ei⁹ est purgare colerā et melancoliā. et q̄n aliquis vult eā sumere sumat succū eius cū sene puluerisato cū paruꝫ zinciberis et parū zucri. Mesue. Valet etiā ut sūatur succus eius cū bolo armeno in cardiaca passione miscendo parum de mellecrato. Pandecta.



Betonica **Betoine.**

Betonica est calida et sicca in tercio. Habet virtutē abstergendi et incidendi grossos humores ideo valet ad frangendum lapidē renū et vesice et prouocat menstrua. Et valet in doloribus laterum Et valet contra opilationem splenis. Ad hec omnia confert decoctio eius et scolopendrie et radicis feniculi cum vino potando. Idē valet in ydropisi addendo radices brusti spargi notanter in causa frigida. Item puluis betonice valet ad consolidādū

vulnera capitis cū mirra et parum croci miscendo Itē betonica decocta in aceto cū edera terrestri et parū piretri valz ad dolorē dentiū os abluēdo. Aq̄ betonice cū puluere aloepatcii et par thutie pulue risate miscendo valz cōtra obscuritatem visus im ponendo oculis guttatim. Item decoctio betonice ī vino et parū absinthei et cubebar valz ad dolorē capitis cōfortādo neruos. Et betonica cū spica cel-tica et cubebis in lixiuio cocta valet cōtra vertigi nē et dolorem capitis ipm caput crebre inde lauā do Idem valz cōtra epilenciā. Itē decoctio betonice cū aceto valz cōtra morsurā aīalis venenosi desup applicando. Et vinū decoctionis eius cū parū galā ge pulverisate valz eructuacioni acetose. Itē deco-ctio radicis betonice et florū cartami data in potu cū ydromelle facit potenter vomere flegma. Item quando bibitur betonica cocta in vino valet mali ciei medicinarū mortiferaū. Serapio. Et vinū deco ctionis betonice cū bolo armeno mixtū valet spu entibus sanguinē ex pectore. Cōfert etiā vinū be-tonice cum ebulo et catapucia decoctū contra arte ticā. Idem valz colicepassioni. Et vinum betonice valet mulieri in partu non febricitanti. Et febrici tanti valet aqua betonice. Pandecta. Serapio Pla tearius



Branca vrsina Branque vrsine

Branca vrsina est herba calida et humida in secū do gradu virtutem habet mollificandi et maturandi et leniendi. Valet contra ariditatem neruorum et membrorum et ad apostemata indurata Et contra viciū splenis indurati fiat vnguētū ex brāca vrsina et radice altee et seminibus fenugreci et lini cum oleo communi buliatur et colet² colato addatur cere quod sufficit et fiat vnguentū quod valet vniuersaliter ad omnia apostemata


indurata et ad viciū pectoris ex flegmate viscoso ibidem peccante quod indiget mollificatione vt p viam screatus facilius euacuetᶻ et si loco olei comunis recipiatur oleū amigdalar dulciū confortat eo melius pectus liniendo. Idē vnguentū valet ad dolorē matricis et ad dolorē aliorū mēbrorū ex frigiditate et ventositate quod sic potest dispensari. R. succi brance vrsine vnc. iiii. sauine polegii artimesie abrotani absinthei saluie maiorane rorismarini aā. m. j. cinamomi spice cimini galāge aā. ʒ. ij. omnia contūdantᶻ et bulliantᶻ cū vino ad vini cōsumptionē postea exprimatᶻ succus cui adde cere albe quod sufficit et fiat vnguentū molle species supradictas ī fine addendo exinde liniatᶻ venter vel alia loca dolorosa ex flegmate seu ventositate branca vrsina sedat dolorē iuncturarum cū adipe anseris et radice altee et parū vini miscēdo. similiter valz ad extensionē mēbrorum inde linita. Item decoctio brance vrsine et foliorū altee et semine psilii in aqua valet cōtra ardorē vrine et intestinorum dolorem. Et precipue valet contra sitim et apostema ipsius ani. et contra morsū animalis venenosi. Pandecta. Platearius.



Bleta Blete.

Bleta est frigide et humide cōplexionis. et sūt due spēs alba et nigra. Alba habet virtutem abstergendi et leniendi et humectandi et īfrigidādi sed nigra habet aliqualē stipticitatē ideo nigra stringit ventrē. sed alba sua humiditate laxat vētrē ideo cōstipat. Valz decoctio blete ī carnibus valet etiam expurgando superfluitates capitis fiat inde sternutatoriū cū succo blete et parū zinciberis imponendo naribus. Et succus eius cum semperui

ua prohibet generationem apostematis. Itē valz ad ignē sacrū et ad erisipilā cū aceto mixtū. Et vsus blete nimius mordicat stomachum et intestina. et ambe spēs sunt pauci nutrimēti propter nitrositatē que est in eis Serapio Sed bleta est bona in aperiendo opilationē splenis et epatis ab ītra capiendo eius decoctionē cū stolopendria loco cibi Itē ex decoctione eius radicis et abrotani abluitur caput aufert furfures et lendes capitis et pediculos Itē ex succo blete et sale nitri fiat mixtura q̄ abluatur morphea et cōfert. Itē vz ad vlcera fraudulenta putridā carnē abluendo Itē valz ad vlcerationem oris. Itē valet ad impetiginē et curat vlcera nariū. Item cū linitur caput cum succo blete et abrotani facit oriri pilos in alopicia. Itē decoctō blete valet cōtra sitim et tussim. Et decoctio blete cū sinapi aut cū aceto cōeditur spleneticis cōfert et eis ē bōa medicīa magis q̄ nutrimētū Diascorides capitulo de bleta bleta epati laborantibus et spleneticis cū sinapi vtilissime esui datur. Ignē sacrū et que adusta sūt cū albumine illinita restringit et ad incolumitatē reducit. Itē succus blete auribus tepide parū infusus sedat dolorē auriū. Et liniatur cū eo cicatrix aufert eius liuorē seu nigredinē Pandecta.



Bursapastoris Bourse de pastor.

Bursa pastoris siue sanguinaria est frigide cōplexionis. habet virtutē stipticandi. et sūt due spēs Una habet folia in modum pere et dicitur bursa pastoris. sed alia dicitur centinodia et est herba serpens super terram habēs folia in modū rute. et semen habet circa folia et dicitur etiam lingua passerina. Hee herbe multum iuuant ad apostemata calida scilicet ad erisipilam et valet similiter ad flegmones siue pustulas rubicundas


ex calore ideo bursa pastoris cū aceto cōtusa et talibus iam dictis applicata repercutit humores ne reumatisare habeāt ad locū apostēatum. Et sūmū est remedium dissintericis et emoptoicis decoctio burse pastoris cum plantagine et bolo armeno cum aqua pluuiali decoquendo et inde bibatur donec cesset talis fluxus. sed ab extra super intestina fiat cathaplasma cū tota herba ipsius burse pstoris et plantaginis et boli armeni et albuminis oui cum aqua pluuiali decoquendo hoc magnū prestat in tali casu iuuamētū. Item succus burse pastoris est cōsolidatiuū vulnerum sanguinosorū. Juuat etiā ad vlcera in aurib' existētia repleta putredine prius ibi existens exsiccat. Juuat etiam ad fluxū menstruorū decoctio burse pastoris et persecarie. i. herbe cū maculis nigris cū aqua pluuiali. Et cū eodē fiat fomentatio per inferius circa femoralia. Succus etiā bibitus cū bolo armeno mixtus emoptoicis medicatur. et colicis et stranguriosis opitulatur. Vrinam prouocat. morsibus venenatis cum vino bibitus prodest. dolorē auriū compescit. Et decoctio burse pastoris cū sēper viua ī aceto et applicata loco ignito valet contra ignem sacrum



Berberus.

Berberus est frigi. et sic. in secūdo. sz siluestris est frigida et sicca in fine tercii grad⁹. et est frutex cū spinis. et fructus eius est cū stipticitate forti vincēti coleram. succus fructus eius cū aqua plātaginis abscindit fluxū ventris inueteratū et huīditates a matrice fluentes Et quādo fit emplastrū cū fructu berberi trito cū succo diptami vel auriculemuris attrahit sagittas infixas carni vel spinas et alia similia. Et succus fructus berberi aufert sitim calida et fortificat stomachum et epar

preter naturaliter calefacta vicio colere. et succ⁹ berberi cū aqua rosar̄ valet apostematibus cali dis cum albumine oui miscendo ipsis superpositū Et confert valde fluxui sanguinis prouenientis ex rasura intestinorum succus fructus berberi cum aqua plantaginis cum parum mastice miscēdo. valet etiam contra calefactionem epatis succus berberi cum aqua endiuie et parum sādali rubei miscendo et epar epithimando crebre donec perpendas eius infrigidationē. valet etiam cōtra discrasiam febrilem notanter in febre terciana isto modo. R. succi berberor̄ succi endiuie. an̄. lb. s. florū violarum. m. j. seminum quattuor frigidor̄ ℥. ij prunorum damasceni numero. vij. omnia buliātur in aqua simplici. lb. j. s. ad consumptionem tercie partis colando colatū dulcorando cum zucro albo. et fiat siropus sumendus vt supradictū est in aliis capitulis. quo consumpto sequentes pille sumantur. R. masse pillularū de reubar. ℈. ij. masse pillularum de fumoterre. ℈. j. diagredii. gra. iij. misce cū siropo de endiuia et fiāt pille in sequenti die diarodon albatis vel triasandali pro confortatiuis. postea epithimando epar vt supra. Pandecta Platearius.



Baselicon.

Baseliconis due sunt species. Una est gariofilata quia habet odorē gariofilorū. et est calida ī primo gradu et sic. in secūdo et est maioris efficacie Platearius auctoritate cōstantini. sed citrinum est calidū et siccum in primo. et cum reperitur baselicō in receptis semen intelligitur in medicinis sꝫ ī emplastris ipsa herba sumitꝛ. Et sua aromaticitate habet virtutem confortandi et dissoluendi et cōsumēdi et abstergendi et mūdificandi dicit Pādecta.

auctoritate diascordis . caplo de ozimo vel haselicone q virtus eius inter medicos penitus sit incerta . et dicunt q sit inutilis stomacho et oculos hebetat et insaniam facit . Et quando basilicon putrefit in sole contingit vermes generari ex ea herba . Et putant aliqui q si quis eo die quo basiliconem sumpserit a scorpione ferietur non posse saluari . sz hec opinio falsa est Pandecta imo stomaco prodest . eo q inflationes eius dissoluit . et valet ad alia iuuamenta . quoniam vz ad sincopim et cordiacam passionem . detur aqua decoctionis vel vinum decoctionis eius cum citro in modum infusionis per noctem . Ipsa herba valet in frigidatione stomachi . hoc modo decoquatur in vino cum menta et galanga . Sic idem valet contra indigestionem ex frigiditate . valet etiam ad fluxum ventris ex frigiditate principaliter ad lienteriam que dicitur fluxus ventris cibalis tali modo . Recipiatur semen basiliconis cum parum acacie . i . succi prunorum agrestium in aqua pluuiali et detur patienti et valebit . valz etiam ad matricem mundificandam et menstrua prouocanda . fiat decoctio eius cum arthimesia et foliis lauri et fomentetur matrix et fiat inde pessarium siue suppositorium ad vuluam hoc idem valz ad conceptum . Ipsa herba basilicon et taxus barbatus cum vino cocta cum oleo mixta et cataplasmata anchis iuuat ad thenasmonem . Basilicon comestum in oleribus prestat bonum anhelitum . Et decoctio eius cum vino bibita valet doloribus oculorum . Pandecta Platearius etc.



Brionia Brione.

Brionia est calide et sicce cõplexiõis scz tota herba scz folia fructus et radix. Et habent virtutem abstergendi et subtiliandi et dissolvendi ideo valent in duricie splenis faciendo emplastrum ex eo et radice altee et ficubz cũ aqua decoquẽdo cũ auxugia porci et loco indurato ipsius splenis applicãdo vel alio mẽbro indurato et valebit. Item cum succo brionie abradũtur pili coriorum. Et succus brionie cum sale cõmuni confert vlceribus fraudulẽ


tis quando abluuntur cum eo. Idem valet curã do fixuras tibiarum. Idem radix eius cõtusa cũ fenugreco et orobo et aceto quo abluatur cutis mundificat et abstergit eam et aufert pannũ et vestigia nigra et cicatrices vlcerum. et aufert liuorem sub oculo. Et succus brionie mixtus cũ oleo et parũ cere fiat vnguentũ ad fistulas ani et sedat dolorem. Et sũmitates huius herbe in prĩcipio sue maturitatis coquitur cum feniculo et petrosilino et bibitur prouocat vrinã et laxat vẽtrẽ Et quando fit emplastrũ ex decoctione brionie cum vino sedat pannericium .i. apostema in vngue. et etiam resoluit apostemata et aperit ea. Extrahit etiam ossa ĩ vlceribus et putridã carnem vnguẽtũ ex succo eius et viride etiam factum cũ parum olei et cere. Et vinũ decoctionis eius valet ad apoplexiam et epilentiam et occidit fetum. et confert morsibꝫ tiri et parũ inde sumere debet et si nimis sumatur de ea accidit permixtio rationis. dosis eius est. ʒ. ij. Et quãdo mulier subicit brionĩa sibi expellit fetum et secundinam. Et si bibitur eius decoctio cũ vino prouocat vrinã et menstruum. et quando fit sessio super idem per mulierem mũdificat matricẽ. Iuuamẽtũ etiã facit ad apostema saniosum rumpẽdum fiat emplastrum cum brionia et altea et auxugia porci mutuo cota. Serapio. Auicenna. Pandecta.



Cicorea. Cicoree

Cicorea est frigida et humida in scdo. Et sunt due species Una agrestis. alia ortulana. Et ortulana magis infrigidat q̄ siluestris. Succus eius Valet contra opilationem epatis et eius calefactionem isto modo sumendo. R. succi cicoree et endiuie stolopendrie an̄ lb. s. florum Violarum Uuarum passularum. an̄. Unc. s. quatuor seminum frigidorum seminis lactuce seminis portulace an̄ ʒ. ij. spodii. ʒ. j. oīa cōtusa bulliant cū lb. ij. aque

simplicis et parum aceti ad cõsũptionem medieta tis colatũ dulcorando cũ zucro albo et fiat sirop[9] quo detur mane et sero tepide ut supra . quo siro po consumpto sequentes pillule sumãtr . R . masse pillularũ de reubarbaro . ℈ . ij . masse pillularũ sto maticarũ . ℈ . j . diagredii . gra . iij . misce cũ siropo de endiuia et fiant pillule . ix . Altera die sumatur diarodon albatis vel triasandali vel diadragan tũ frigidũ pro cõfortatiuis Et ab extra fiat inun ctio super minerã epatis cũ vnguento triasandali vel fiat epithema super epar cũ aq̃ endiuie miscẽ do puluerisatum sandalũ rubeũ cũ pãnis lineis imbibitis in ipso epati applicatis . Succus etiam cicoree iuuamentũ p̃stat morsui aĩalis venenosi Idem valet erisipule seu apostemati ignito cum sanich ordei siue ordeo fracto cũ aceto miscendo et parum ceruse inde fit vnguentũ vtile vbi oportet ĩ frigidare . Succus cicoree mixtus cũ succo altee et herba paralisis cũ oleo lini et parũ croci miscendo valet ad podagrã notanter sedãdo dolorem eius Item aqua cicoree mixta cum nitro siue sale nitri vz cõtra morfeã ipsam abluendo crebre . Pandecta Item succus eius cum aqua lactuce valet confor tando cor . Auicenna . de viribus cordis



Calamentum Calament.

Calamentū est calidū et siccū in tercio gradu. Et sūt tres species. Vna est in odore suo et in foliis similis polegio nisi q folia sūt maiora. et aliqui nominãt illud polegiū agreste. Et scdã species noĩatur nepita. Et est tercia species similis mente agresti nisi quia folia sūt longiora foliis mente. Pãdecta Serapio auctoritate ga. qñ bibitur succus ei' cum aqua mellis proucat sudorē. Et calamētū tritū cū oleo et parum salis et par aceti q° vngãt

pulsus manuũ et pedũ cõfert rigoribus ploticis ante peroxismũ per horã vngẽdo. Idẽ valet sciatice passioni ipsam sciam inde vngendo. Et succus calamenti cũ vino sũptus vel decoctõ eius in vino sũpta in potu prouocat mẽstrua efficaciter. Et qñ calamẽtũ sumitur in medicinis cõferentibus leprosis multũ cõfert ipis resoluẽdo humores resolutione forti. Et eius emplastratio cũ vino aufert liuorem sub oculo. Et qñ sumitur succus eius in potu vel miscet' ĩ clisteri occidit ascarides et lũbricos. Et occidit similiter vermes qui generantur ĩ auribus et in vlceribus profundis. Et quãdo fit pessariũ ex calamẽto cõtuso cũ parum vini occidit et expellit fetũ. igitur instisiua quidẽ virtus inest ei propter caliditatem eius et subtilitatẽ partiũ et eius amaritudinẽ. Et sola herba ĩ potu data confert asmaticis et ictericis propter amaritudinem maxime aperiẽdo epatis opilationẽ. Unde bibita decoctio eius vrinã prouocat. et morsibus uenenatis occurrit eius succus quo vngatur cutis lesa. et torsionibus vel cõquassatõnibus mẽbror subuenit. Et bibitũ calamẽtum cũ vino venenũ amputat. Et cõestũ et bibitũ stomaticis ꝓstat effectũ Et suo fumigio serpentes de domibus fugat. Unde nobilissimis antidotis meruit ascribi. pandecta. et hodie a medicis diacalamentum predicatur.



Centaurea. **Centoire**

Cētaurea calida et sicca ī tercio gradu. et sūt due species sclʒ maior et minor. et est consolidatiua tā tū. quia si radix centauree maioris ponat' in olla bulliente in qua sūt carnes separate eas conglutinat. Et si recens ponat' super vulnus consolidat vehementer. et similiter exsiccata pulverisata idem facit. Radix cētauree maioris sumpta in potu cum liquiricia valʒ in sputo sanguīs. Itē decoctio cētauree maioris vel mīoris cū scolopendria

et dyaspassulis et liquiricia et colatũ cum zucro dulcoratum cõfert febricitãtibꝫ. Dicit platearius auctoritate G. ꝙ centaurea est ex medicinis nobilibus in remouẽdo opilationẽ splenis et epatis sine nocumẽto. ergo ĩ ictericia cãta ex opilatõne valet decoctio iã superius dicta. Itẽ decoctio eius cũ vino prouocat mẽstrua et educit fetũ. et nullomõ pgnãti exhibeatᶻ qꝛ aborsũ causat. Talis etiã decoctio cũ seĩe feniculi et petrosilini prouocat vrinã. Et similiter vinũ decoctionis cẽtauree addito zucro valet cõtra opilationem splenis et epatis renũ et vesice et cõtra strãguriã et dissuriã. Et centaurea cũ vino et oleo cocta et cathaplasmata circa renes et pudibũda et pectini et etiã super splenẽ confert. Vnguẽtũ etiã factum ex succo eius et puluere et oleo et parũ cere valet super splenẽ induratũ Item in duricie splenis et epatis et ad alia pdicta et principaliter cõtra ictericiã valet talis siropus ℞. succi centauree lb. j. aque scolopendrie lb. ß. radicis feniculi petrosilini apii quatuor seminũ frigidoꝝ. aã. vnc. ß. q̃bꝫ decoctis ad cõsũptiõeꝫ tercie partis colatũ cũ zucro dulcoretuꝛ et fiat potus sumẽdꝰ vt supra. Prius sumãtᶻ pillule de reubarbaro. et diacalamẽtũ pro cõfortatiuo. Idem potꝰ valet contra yliacã passionẽ. Itẽ pro oculis clarificandis valet succus eius cum aqua rosarum. vt dicit Platearius.



Cartamus

Cartamus est calida in prīo et sicca in secūdo gra du et melior ps plante ipsius est semen post illud flos eius. Est autem cartamus aperitiu⁹ abster siuus cōturbatiuus faciēs nauseā. iō inest ei vir tus prouocatiua vomitus et laxatiua per ventrē et multū nocet stomacho faciēs fastidiū. sed est de bilis solutionis ideo addit² ei parū zinziberis pro rectificatione. sed q nocet stomacho emendatur cū galanga vel macib⁹. Semen cartami datū cū pa rum mellis despumati et parum galange purgat

ventrē. Itē flos cartami tritus mixtus cū aceto et liniatur super malā carnē siue impetiginē aufert eam. Et idem auctoritate mesue linitum super linguā puerorū vel os vlceratū confert. Cartami flores decocti cū vino ab extra applicādo lac coagulatū dissoluit et dissolutū coagulat. et lauat hūores flegmaticos et adustos cū parū zinziberis miscēdo. Decoquitur etiā medulla seminis cartami cū speciebꝫ ut ē ī iure galli. et multū valebit pro eductiōe flegmatis peccantis ī pectore seu stomacho ꝑ vomitū similiter per vētrē. Idē valꝫ in colica per viā clisteris. decoctū vero floris cartami in aqua mellis remouet ictericiā. Valet etiā potus florum cartami cōtra puncturā scorpionis Item lac amigdalarū dulciū cū succo seminū cartami et aqua ordei aut psilli cū aniso et parū mellis fiat decoctō et colatura quod valet ī dissinteria et dicūt multū valere. et q̄titas illius pro vna dosi est. ʒ. vi. Item flores cartami cōtusi cū aceto et pūcture scorpiōis appositū cōfert. Et quidā putāt ꝙ si percussus a scorpione si tenuerit radicē cartami nō sentiet dolorē. et qn̄ proicit eā sentiet. Item gallus antiquus virga percussus et ilico interfectus et deplumatus et in eius ventre ponatur de cartamo et polipodio et aniso et calamēto et cinamomo et buliatur in aqua cuius ius multū valebit ad predicta. Pandecta. Platearius



Cinoglossa.

Cinoglossa.i.lingua canis.dicitur a cinos quod est canis et glossos quod est ligua. et est herba similis arnoglosse.nisi quia sunt ei coste apparētes in foliis. Eius succus mixtus cū aceto medetur ulceribus oris et aliis ulceribus fraudulentis. Et est frigide cōplexionis et sicce. Et eius succus cū succo plantagīs et radicis preos et par mellis valet ad alcolā siue apostema oris ulcerati.

Et balneū decoctionis cinoglosse cum plantagine et burse pastoris valet cōtra gomorream Et post balneū fomententur genitalia cum decoctione florum agnicasti et parum castorei et aceti. Vel fiat potus cum semine lactuce psilii citruli melonum cucumeris portulace storiole. sumat cum aceto et agrest.. qui potus extingit libidinem inspissando sperma. Alia autē sūt inanitiua spiritus cōsumēdo sperma et ventositates vt agnus castus ruta maiorana calamentū ciminū anetum. sunt enim aperitiua et resolutiua Platearius capitulo agnus castus. Cōfert etiā decoctio cinoglosse cōtra viscositatē stomachi et cōtra discrasiā pulmonis ex calida causa cum aqua mellis ministrādo. Itē accipias linguā canis siue cinoglossam cum corde ranicule et eius matrice pone vbi vis et post modicum temporis cōgregabūtur omēs canes villc et si predictū sub pollice pedis habueris omnes canes obmutescent nec poterint latrare. Et si predictum in collo alicuius canis posueris ita quod nō possit ore attingere semper vertetur in circuitu admodum rote volubilis donec cadat in terram velut mortuus. et hoc est expertū nostro tempore. Albertus de virtutibus herbarum.



Camomilla. Camomille.

Camomilla est calida et sicca in primo. habet vir tutē mollificandi et dissoluēdi. frondes et flores sunt equalis virtutis. Et aqua decoctionis eius cum arthimesia cū qua fomētetur matrix valet prouocando menstruū. Idem valet mulieribus difficulter parientibus. Decoctio florū camomil lax et extremitatū absinthei et radicū feniculi pe trosilini et quatuor seminū frigidorum in vino cū zucro albo dulcorando de quo bibat' valet vrinā


prouocando. lapidē expellendo. inflationē splenis et dolorē epatis et ypliorum dissoluit et ictericiam curat. Confert etiam decoctio camomillarū et florū violar et quatuor seminū frigidor. et se. lactuce et endiuie cum liquiricia et ficubus cū aqua et parū zucri miscendo in potu exhibendo valz pipulmoniacis et epaticis. Itē flores camomillarū cū aceto et parū salis cōmunis et oleo ei⁹ mutuo conquassata valet febribus perioticis pulsū manuū et pedum inde emplastrando ante horā peroxismi. Sed cū oleo camomillarū vngatur dorsū patiētis febrem tercianā valet cōtra rigorem eius. Et cū aliquis fuerit fatigatus propter laborē tunc iungat² dorsum cum oleo eius et oleo aneti et de mane nichil sentitur. Et decoctio eius et arthimesie ī vino bibita et supposita fomento mēstruis imperat aborsum celebrat. calculos frangit. Vrinam prouocat. torsionibus et inflationibz auxiliatur. Est autē extenuatoria et propterea diuretica est et relaxatiua condensat et arefacit. ideo in doloribz multū iuuat. Item flores camomillarū in oleo cocti cum quo vngantur ypocūdria dolorem sedat Idē sedat dolorē capitis et oculorū. Epaticis succ⁹ eius potui datus. p̄cipue febricitantibus cū aqua endiuie mirifice prodest. Pandecta. Camomilla sedat dolorē apostēatū mollificando et resoluendo. Auicenna.



Camepitheos

Camepitheos calidũ et siccum in secundo gradu. et dicit² camedreos maior. Habet virtutẽ diureti cã mundificatiuam et laxatiuã. et est resolutiũ ventositatum et attenuatiuũ grossorũ humorum ideo valet cõtra opilacionem splenis et epatis atq matricis. Urinam prouocat et menstrua extirpat. et ictericiam curat et frenesi auxiliatur et intesti na purgat. Isto modo fiat potus. Recipe. camepi theos arthimesie scolopendrie. ã ij. m. Unum


radicū brusti spargi seminū feniculi petrosilini· anā·ʒ·ij·omnia buliantur ī vino et aqua ad consū ptionē tercie partis.·colatū dulcoret cū zucro et fiat potus qui ad omnia predicta presidium p̄stat Et succus camepitheos cū mellicrato et bibit valet stranguríe·Et succus camepitheos habet vir tutē conglutinādi et incarnandi seu consolidandi vulnera magna·et curat plagas putridas·et re soluit duricies mamillarū miscēdo succo eius fa rinā fenugreci et farinā seminis lini cū succo radi cum altee Et quando bibitur de succo camepitheos cū p̄dromelle·xl·diebus curat ictericiā et valet in potu egritudinibus epatis et ad stranguriā et dolorē renū·et ad punctiones intestinorū·Itē suc cus camepitheos cū succo caulīū cū melle miscen do valet ad conglutinandū vulnera et prohibet di latationes formice et aliorū apostematū de putre dine multū corrosiua·Itē puluis camepiteos cū melle datus valet contra lubricos cū succo cētau ree miscendo·Itē succus eius cū succo primule ve ris vel succo herbe paralisis in vino cocta miscen do castoreū quo inungatur locus paraliticat⁹ ma gnū prestat iuuamentū·Et decoctio camepitheos cū abrotano et vino et zucro miscendo in potu da ta matricem infrigidatā calefacit et mundificat a superfluitatibus flegmaticis Pandecta·



Capillus veneris.

Capillus veneris alio nomine adiantas Pandecta et Johes mesue ca. de capillo veneris dicitur capillus fontiũ. et secundum quosdã coriandrũ puteĩ nũcupatur. et est herba cuius folia sunt similia foliis coriandri. Et secundum diascoridem dicitur poletricon que oĩa in idẽ re deunt. Nascitur in locis umbrosis et aquosis et parietibus humidis et circa fontes. frigide et sicce est cõplexionis temperate Platearius virtutẽ habet diureticã. recens

est multe efficacie · exsiccatus pauce virtutis · Herba utilis est non radix · Cōfert cōtra calefactionē epatis et febri terciane prodest ex eo factus sirop⁹ · R · aque decoctionis eius et endiuie et scolopendrie cū seminibus quattuor frigidis et se · portulace et lactuce et ex his fiat siropus cū zucro quo utatur mane et sero pro qualibet vice in quantitate medii ciphi · Deinceps sumantur pillule de reubarbaro cū acumine triū granorū diagredii · Vel loco pillularū · R · electuarii de succo rosarū · dia sene an̄ ʒ · ij · cassiefistule ʒ · iij · misce et fiat bolus · Postea sumatur triasandalū vel diadragantū pro cōfortatiuis · Capillus veneris facit oriri capillos in alopicia et dissoluit scrofulas · eius succus mixt⁹ cū succo abrotani et parū mellis quo liniatur locus depilatus · Vel ponatur ipā ad lixiuium quo abluatur locus depilatus ratificādo cutē callosā inde liniatur locus talis cum succis et melle ut supra · Itē succus capilli veneris cū semīe feniculi et millifolii decoctus cū vino frangit lapidem · et iuuat ad excreandū humores flegmaticos in pectore peccantes cū succo preos et parū zucri miscēdo · Serapio · Item elixatura capilli veneris et scolopendrie in vino valet opilationi splenis et epatis et stranguirie · et abscindit fluxum sanguinis pādecta ·



Cepe. Ongnons

Cepe calide sunt in quarto cū aliquali humidita-
te. et cepe longe et rubei coloris sunt acutiores ro-
tundis et cepis albis. et est aperitiua quia aperit
orificia venarū que sunt in ano. ideo aperiunt cepe
emoroidas quādo applicāt² ano. Et prouocāt mē-
strua applicando cepā i modū pessarii. Itē cepa est
inflatiua et difficilis digestionis notanter cruda
Et cepa cocta calefacit corpus et etiam subtiliat
in ipso corpore grossos humores et flegmaticos

ideo colericis nocet sed flegmaticis et abundanti-
bꝰ flegmate viscoso et crudo cōfert. qꝛ cepa īscindit
et subtiliat grossos hūores ideo talibus epulas ꝓ
stat tutas. Item cepe generāt sitim et mordicant
et gignūt ventositates mollitūt vētrē et fit ex eis
suppositoriū Et succus ceparū mixtus cum pul-
uere maiorane et parū zinziberis naribus inflatꝰ
purgat caput. et dicitur caputpurgiū. Et cepa con
tusa cū aqua et ruta valet. ī morsu canis rabidi.
Et cepa mixta cū nido yrūdinum et melle prestat
squinātie ꝓsidiū ab extra applicādo Itē cōtusa cū
aceto et inde liniatur morfea in sole et confert. Et
qn̄ succus cepaꝝ cū tuthia miscetꝛ et applicatꝛ ocu
lis valet ad pruritum oculorum qui a flegmate
salso cātur. Et qn̄ miscetꝛ cū sale et administratur
sup verucas aufert eas. Et quādo succus eiꝰ mi-
scetꝛ cū adipe galline et apponitꝛ aufert calles seu
nodos qui fiunt in pedibꝫ propter calciamēta. Et
succus ceparū distillatus ī aurē cōfert debilitati
auditus et tinitu eius et aque descendēti in eam
Et qn̄ linitꝛ succus eius cū succo abrotani sup alo
piciā facit nasci pilos. Et circa barbām inunctus
facit eā accelerare qꝛ fricatio facta cū cepis aperit
poros et inde aptatur locus pro crescencia pilorum
in longū. et hoc habetur pro experto. Serapio. Itē
cepe valent ad prouocandū coitū. Et frequēter cō
mestū obtenebrat visū. Itē inducit sōniū. quia re
plet caput vaporibus.



Coriandrum **Coriandre.**

Coriandrū est planta cuius semīe cōmuniter vtimur ī medicinis et est frigidū in primo et siccum in secūdo. Auicenna. sed Serapio dicit ipsū declinare ad caliditatem. similiter Galienus. sed diascorides cōtradicit et vult ꝙ sit frigidū. Nota succus eius valet apostematibus calidis cū aceto et succo sempuiue miscendo. Itē succus coriandri cum farina fabarū et furfure tritici cum rosis et aceto miscendo remouet inflationem testiculorū ipsis applicando. Item coriandrū preparatum cū aceto

post prandiũ comestũ valet ad prohibendũ ascensum vaporũ ad caput. ideo epilentia proueniẽs ex vaporũ exalatione ad caput per coriãdrũ post prãdiũ comestũ curatur. Et coriandrũ preparatũ puluerisatum cũ succo plãtaginis bibitũ valet cõtra fluxũ sanguinis. Et succus eius cũ aceto valet contra ignẽ sacrũ. Itẽ semen eius cũ aqua plantaginis potatũ a muliere ĩlico stringit menstruũ et fluxũ ventris patet experientia. Pãdecta. ca. de coriandro. Coriãdrũ recens est frigidũ narcoticũ ĩducens sincopin et stuporẽ quia suo odoratu cõgelat vapores et fumositates ascendẽtes ad caput. ideo valet ĩ soda siue dolore capitis. Et valet ebrietati. ideo ponitur in cibis epilenticorũ. quãdo cause epilentie sunt vapores ascendentes a stomacho. Et aqua infusionis coriãdri cũ zucro abscĩdit virge erectionẽ et desiccat sperma. Itẽ succus coriandri naribus inflatus restringit sãguinẽ narium. Idem fit quãdo odoratᶻ. Itẽ succus coriãdri cũ succo semperuiue et aceti cũ pane miscẽdo valz applicare ĩ erisipila vel apostematibus calidis. vel miscẽdo succũ coriandri cũ lacte vel cerusa et aceto vel oleo rosarũ. et idem facit in igne persico Serapio. Itẽ coriãdrũ p̃paratũ valet cõtra vertiginẽ causatũ a vapore calido aut flegmatico. Et succus eius distillatus in oculo sedat eius pulsationem Et coriandrũ valet in tremore cordis. dãdo eius puluerem cũ aqua boraginis.



Cuscuta.

Cuscuta est res inuoluta sup linū est calidum in pmo et siccū citra secūdū. Est mūdificatiuū et purgatiuū melancolie principaliter secūdario flegma Isto modo. R. cuscute scolopendrie añ. m. j. polipodii. radicis esule. folioꝝ sene añ. unc. s. florū violarum boraginis. añ. m. s. omnia buliantur in vino et aqua añ. lb. j. aceti parum ad cōsumptionē tercie partis colatū dulcoretur cū zucro et fiat potus sumendus ut supra. postea sumatur pillule

sequentes . R . masse pillular et lapide lasuli mas se pillularũ stomaticarũ . aij . z . s . turbit . ℈ . s . zinziberis gra . iij . misce cũ siropo de scolopendria et fiant pillule ix . Vel sumat[z] diasene unc . s . cũ predicta decoctione loco pillularũ . postremo sumatur diacalamẽtũ vel diacapper . pro cõfortatiuis . Valet etiã predictus siropus aperiendo contra opilationes splenis et epatis et renũ . Ad idem valet decoctio custute cũ scolopendria et seminibz diureticis scz semine feniculi petrosilini in vino . Ide pot[9] prouocat vrinã et confert ycteritie que fit ab opilatione splenis ac epatis et iuuamentum prestat proprie febribus ĩsãtiũ cũ zucro dulcorata iam dicta decoctio . Item decoctio custute est bona stomacho et maxime quando miscetur cum ea anisum apiũ et galange Serapio . Cõfortat etiã stomachum et aufert quod in eo est fixũ de superfluitatibus decoctio iam dicta . Et quando bibitur cum aceto sedat singultũ et aperit opilationes cũ vino potata . Et aqua decoctionis eius est mirabilis ad yctericiã . Et decoctio eius et anisi et scabiose cõfert dolori pũgitiuo ventris . quia mundificat sordes intestinorũ et matricis et renũ . Auicenna . Item eius complexio est secũdum cõplexionem herbe cui adheret . quoniã fit calida per adherẽtiã calide herbe seu arboris . et fit frigida per adherenciam frigide pandecta .



Cyperus

Cyperus est calidus et frigidus in secundo et est herba triãgularis. Et radix eius cõfert usui medicine. habet virtutẽ diureticam ideo valet contra stranguriam dissuriam et contra lapidem. et tali modo fit usus R. radicẽ ciperi bene triti radicẽ petrosilini añ. unc. vi. seminũ apii. feniculi saxifrage añ. unc. j. omnia contusa buliantur in vino ad consumptionem tercie partis colatum cum zucro dulcoretur et fiat potus. Ad idem valz cathaplasmatio cum cipero bulito conquassato in oleo et ap

plicata pectini pro certo prouocat vrinã humores dissoluendo. Et decoctio radicis ciperi in vino cuz saxifraga et cum siringa in virgam iiecta lapidẽ frangit pro certo confert. Itẽ valet contra dolorẽ stomachi et intestinorũ ex frigiditate et ventosita te p̃dicta potio. Vel ad idem valet vinũ decoctionis ciperi cum cinamomo. Habet enĩ cõfortare virtutẽ digestiuã. Itẽ decoctio ciperi triti in oleo fere vsq ad consũptionem. postea super carbones ponatur et patiens recipiat fumũ per os et per nares. opti mũ remediũ est in litargia. i. obliuione seu aposte mate flegmatico. Puluis radicis eius posit⁹ vul- neribz putridis putredinẽ tollit Platearius. Itẽ vsus eius facit bonũ colorẽ et bonũ odorem oris. Item ciperus tritus et mixtus cũ succo paralisis et parũ olei castorei valet ad dolorẽ iuncturarũ ea tepide vngendo et neruos debilitatos. Itẽ freqns vsus radicis ciperi inducit leprã. quia adurit san guinem Auicẽna. Item decoctio ciperi confert pu- tredini nariũ et oris et mollificationi gingiue. Et vinũ decoctionis eius confert distillacõni vrine et debilitati vesice valde et frigori eius vehementer et similiter opat² ĩ renibz. Similiter cõfert frigori matricis et emoroidibz auxiliũ prestat emplastrã do cũ decoctione eius Et decoctio eius superius di cta valet febribus inueteratis ex flegmate. Sera pio. Pandecta. Platearius.



Celidonia

Celidonia calida est et sicca ĩ quarto gradũ Et sũt due species scilicet maior et minor. tamen Una pro alia potest poni. et cũ in receptis reperit^z radix non herba debet poni. Radix est maioris efficacie. Virtutem habet dissoluendi consumendi et attrahendi. Confert dolori dentium ex frigida causa radix aliquantulum trita et circa dẽtem dolentẽ teneatur. Confert etiã ad caput purgãdũ a frigidis hũoribz et Uuluã repletã flegmate exsiccare habz


radix celidonie trita coquatur et patiens fumū p os recipiat. Postea fiat gargarisma ex celidonia ī vino cocta et colato addatᶻ parū zinziberis et piretri et parum aceti et mellis et valebit. Item celidonia trita et ī vino cocta et spongia infusa ī tali decoctione intestinis applicata valet in colica passione. Confert etiā ad mēstrua prouocāda et ad matricē mūdificandā. fiat fomentum crebre ipi matrici ex aqua decoctionis ipsius. Itē aqua decoctionis ipsius cū melle mixta valet ad cancrum oris addendo puluerem rosarū siccarum in modū pumenti. Item puluis radicis celidonie cū succo celidonie mixtus valet ad fistulas ori eius īmittēdo platearius. Et succus celidonie vel aqua eius in qua sit dissoluta tuthia vtilis est ad visum confortandum in quo cernitur aliquod grossum secūdū pupillam. Quidā recipiunt vinū decoctionis eius radicis cōtra ictericiā. Diascorides ca. de celidonia dicit succus celidonie maioris melle coctus super carbones oculorum maculas detergit. Item succus celidonie cū parū sulphure quo vngatur cutis eius scabiem detrahit et vngues leprosos excludit. Succus eius melli mixtꝰ naribꝫ infusꝰ caput purgat. Pādecta. Idem dicit Serapio auctoritate diascoridis.



Cathapucia

Cathapucia calida est in tercio et huida in secūdo gradu. Quando autē in receptis reperit᷑ fructus nō herba debet poni remoto exteriori cortice. Et Cathapucia viridis virtutē habet pricipaliter purgādi flegma secūdario melācoliā et colerā. habꝫ etiam virtutē purgandi humores ꝑ superiora ex vnctuositate et lenitate quā habet. Vnde qn̄qꝫ satis cōfert sanis pro ꝓseruatōe sanitatis. Et dat᷑ etiā egris ad egritudinem remouendam contra febrē

quotidianā de flegmate salso ex q° gñat² scabies Isto modo fiat potus R. cathapucie scabiose fumi terre añ. m. j. radicis esule minoris polipodii. añ vnc. s. cuscute foliorū sene añ. ʒ. ij. omniū istorꝫ fiat bulitio in aqua in eius colatura addatur parꝫ mellis despumati et fiat siropus digestiuus et laxatiuus. Ad idem fiat claretū capiendo cathapuciā tritā cū speciebꝫ scꝫ cinamomo galāga. etc̄. cū vino parū decoquat² cū melle miscendo et per saculū distillando vt moris est et multū valebit sebricitātibus patiētibus febrē quotidianā. Idem etiam modus prodest podagricis Itē in iure etiā carniū recētiū vel aliorū ciborum tale claretū potest misceri. Confert etiā vinū decoctionis cathapucie in yliaca passione. Idem presidiū prestat contra paralisim et arteticā cū radice esule et herba nomīe primula veris decoquēdo cū parū mellis despumati miscēdo. Itē puluis cathapucie cū parū cinamomi in ouo sorbili sumptus vel in brodiis sumēdo sine molestia purgat humores flegmaticos. Et virtus foliorū cathapucie est debilior granis. Et grana .xv. excorticata et mixta cū parū aloepatici et parum mastice in modum pillularū purgant flegma et colerā et hūiditates aquosas et prouocat nauseam et vomitum. Et confert etiā potus decoctionis eius contra scabiē et in lepra auxiliū p̄stat et lubricos laxādo expellit Serapio pāderta.



Cucumer

Cucumer est frigidus et siccus in secūdo. Semen in receptis assumitur. Et semen citruli et cucurbite et melonum et cucumeris sunt fere eiusdem virtutis. Ista semina sedant caliditatem et colerā. et prestāt cucumeres et citrulli et cetera. malum chimum et preparant ad humorum putrefactionem et ad febres. Et semen cucumeris melius est semine citruli. Citrullus vero longioris est digestionis. cuius vsus generat febres

cronicas · cuius nocumentum expellit anisū a ve
hemencia inflationis stomachi · Item habētes sin
copim calidam odorātes ipsū reuiuiscūt · Item su
ccus cucumeris vel citruli ꝛc · sedat sitim · Et qn̄
bibitur de radice eorū cū ꝑdromelle facit vomere
humorem subtilem eo magis qn̄ huic conmiscetꝛ
decoctio cathapucie · Et succꝰ eorū confert doloribus
testiculorū et vesice · Et semina predicta sūt diure
tica ideo precipue medicine competūt · Et valēt etiā
semina cōtra opilationē splenis et epatis renū et
vesice et cōtra apostemata pectoris a corticibuz ex
terioribus mūdata vnde cōterantꝛ et ī aqua ordei
coquantꝛ et colatū cū parū zucri misceatꝛ et cōfert
predictis discrasiis · In acutis etiā febribus preci
pue tercianis cōtinuis vel interpellatis confert de
coctio quatuor seminū predictorū in modum siro
pi tali modo dispensando · R · decoctiōis quatuor se
minū frigidorū et succi endiuie aā · lb · ii · florū vi
olarū vuax passularū aā · vnc · s · seminū lactuce
portulace ordei iuiube sebesten aā · ʒ · ii · prunoꝝ da
masceni nūo · vii · bulliantur omnia cū ꝑdictis suc
cis et parū aceti ad cōsūptionē tercie partis colatū
dulcoretur cū zucro albo et fiat siropꝰ sumēdus
ut supra ī aliis caplīs īsinuatū ē · Postea sumatꝛ
electuariū de succo rosaꝝ · vnc · s · cū paꝝ cassiefistu
le miscēdo pro laxatiō · postrēo sumatꝛ triasādali
vel diarodō albatꝰ · pro cōfortatiē · Idē siropꝰ vz a
cute febricitātibz epaticis et ethicis et aliq̄liter per
vrinā purgat et laxat Pādecta Serapio Plateariꝰ





Caalmus siluestris.

Calamus siluestris arbaticus est calide et sicce cōplexionis et habet virtutem subtiliandi et fortificandi sua aromaticitate. Et prouocat vrinā et menstrua bona prouocatione. notanter vinū decoctionis eius cū asarabacca et abrotano cū parum mellis despumati dulcorando. de quo sumat² in potu mane et sero pro qualibet vice in quātitate medii ciphi. Et herbe tales relicte post decoctionem calide applicentur circa femoralia matricem aptāt

pro prouocatione menstrui. Similiter valet vinũ decoctionis calami silvestris cũ gramine et semine apii. et ebuli contra ydropisim ex frigida causa addendo colato parũ zucri. Idem etiã cõfert distillationi vrine scz strãgurie et egritudinibus renũ. Et quando pessariũ fit ex herbis relictis post decoctionẽ iam dictam prouocat mẽstruũ et confert dolori matricis. Ad idem valet balneũ in quo sunt predicte herbe bulite quod balneũ aufert matrici dolorem Serapio. Item emplastrũ factum ex dicto calamo cũ sanamũdi et radice diptami mutuo cũ oleo conq̃ssato cõfert et auxiliũ magnũ p̃stat in fractura cruriũ vel in eorũ cõtusione ideo in lingua vulgari sumit sibi suũ propriũ nomẽ ascriptũ sue virtuti nomine benuuelde. cũ eius virtus ĩ restauratione cruriũ dissolutionem cõtinue patiẽtium vel confusionem. patet per experientiam. Et radix huius calami silvestris est multũ aromatica et similis calamo aromatico. valet cõtra dolorẽ stomachi et intestinorũ ex frigiditate et ventositate. Vinũ decoctionis eius cum cinamomo et galanga digestionem confortat. vel detur pulvis eius cum galanga et cinamomo et parũ zucri in modum tragee.



Canapus

Canapus est calidus et siccus ĩ secũdo gradu Semen canapi est maioris efficacie q̃ herba quod exsiccat exsiccatione forti. Et habet virtutẽ resoluẽdi inflationes et ventositates ideo valz ipsum administrare in ydropisi ex frigida causa. Et qñ nimiũ comeditur expressio sui succi desiccat sperma. Et quidã exprimũt succum eius qui distillatur ĩ aurem et sedat dolorem eius potenter Serapio. Et radix quãdo coquitᶻ cũ radice malue et solatri


in modum emplastri valz apostematibus calidis Et cortex est idoneus ad faciendum funes. Et de proprietate eius est quod desiccat humiditates que fiunt in auribus quando distillatur in eis ex oleo eius. Et quando aliquis utitur succo expresso a semine facit sodam. Et folia canapi cum abrotano in lixiuio bulita et caput inde lauetur. delet furfures et facit ad pilorum longitudinem. Et eius nutrimentum non est conueniens stomacho quia dure digestionis existit. Item semen eius educit ventositates. Item succus tocius herbe applicatus vulneri dolorem eius mitigat. Item siropus acetosus de zucro exhibitus post sumptionem ipius canapi aufert nocumentum prestitum ex esu ipsius canapi. cum canapus sit multum euaporatiuus vaporum ad cerebrum Unde generatur soda siue dolor capitis. Ob id siropus acetosus de zucro prefatus tale nocumentum aufert. Item ex decoctione radicis et seminis canapi cum cerusa et oleo rosarum fit emplastrum apostematibus calidis et erisipile. Item cum comeditur succus seminis canapi in cibis facit stomachum dolentem dolere. et facit etiam malum humorem in stomacho eructuare. huic obuiat diaciminum quod est ventositatum resolutiuum.



Daucus creticus.

Daucus creticus calidus et siccus in tercio gradu cuius flores magis competunt usui medicine q̄ folia et radix minime. cuius due sūt species scil3 daucus creticus qui maioris ē efficacie. Et ē daucus asininus qui existit cibis asinorum. hic innuitur daucus creticus. Virtutem habet dissoluendi consumendi attenuandi et est diureticum. Contra frigidum asma et tussim de frigida causa confert detur vinū decoctionis ei⁹ et ficuū siccaꝝ cū liq̄ricia

si sit talis discrasia sine febre. sed cū febre detur aqua decoctionis dauci cretici et ficuū siccarū et liquiricie. Et detur etiā diapraſsiū cum vino decoctōis eius in causa frigida. Vel cū aqua decoctionis ei⁹ in causa calida. Confert etiā vinū decoctionis ei⁹ cū aniso contra grossā ventositatem. Unde yliaca passio sepe numero impregnari habet. Cōtra ydropisim de frigida cā detur talis siropus. R. florū dauci. m. j. seminū apii feniculi petrosilini. añ. unc ſ. Radicū brusci spargi añ. ʒ. ij. buliant̄ ī vino et aqua añ. lb. j. ad cōsumptionem fere medietatis et colatū dulcoretur cum parū mellis despumati et fiat potus sumendus ut supra quo consumpto sumātur pillule de miserion. Et postremo exhibeantur dialacca vel diacoros pro confortatiuis. Talis etiam potus iam dictus opitulatur opilacione splenis ac epatis et vias meatuū vrinarū apit. Talis autem potus matricem mūdificat et extergit a suis superfluitatibus sine molestia miscēdo cū trifera magna nicolai. Vel pessariū inde cū triffera cui misceatur puluis dauci et parū mirre in oleo buliendo et matrici imponatur. Item cōtra viciū lapidis et contra stranguriā et dissuriā valet vinū decoctionis dauci. Plateriꝰ pādecta. Serapio.



Diptamus.

Diptamus calidus est et siccus in tercio gradu in calidis locis lapidosis pcipue reperitur. Radix di ptami maioris est efficacie q̄ herba. et radix ĩ rece ptis reperitur. Eligēda est radix q̄ interius habꝫ solidam substanciam non perforatam. Virtutem habet dissoluendi consumēdi et attrahēdi venenū Unde precipue valet contra morsum animaliū ve nenosorum ipa herba trita cum succo ceparum et applicata morsui miro modo valebit

potus etiã factus ex diptamo et arthimesia et sa namundi et auriculamuris cũ vino decoquendo valet vulneratis ab intra sumẽdo. et istũ potum vulgares reputãt pro magno secreto. et talis potus ab intra vulnerata mẽbra consolidat vt experientia docet. Sed puluis diptami cũ cerusa e parũ terpentine miscendo in modũ vnguenti quod ab extra applicatur vulnus consolidat. Item ad menstrua prouocanda et ad fetũ mortuũ et ad secundinã educendã valꝫ potus factus ex decoctõe dyptami et arthimesie et abrotani cũ vino et parũ mellis despumati. Ad idem valet puluis dptami cũ mirra et succo arthimesie miscendo in modum pessarii matrici imponẽdo quod efficaciã magnã habꝫ ĩ prouocatiõe menstrui et aliorum ut supra Confert etiã iam dictus pot⁹ contra strãguriam et dissuriam. vel vinũ decoctiõis radicis diptami valet ad idẽ. Cõfert etiã vinũ decoctionis radicis diptami cũ succo absinthei contra dolorem stomachi ex vsu fungoꝝ factũ. Itẽ contra frigidũ asma fiat decoctio ficuũ siccarũ in vino et exprimatᶻ cui misceatur puluis diptami. Itẽ decoctio diptami cũ ebulo et apio in aqua et cum parꝫ mellis despumati cõfert cõtra pdropisim ex frigida causa. Itẽ qñ fricatur corpus in balneo cum decoctione diptami valet contra ycericiã. Itẽ quãdo sternitᶻ hec herba in domo fugat aĩalia venenosa. platearius pandecta Serapio.



Esula minor.

Esula est calida et sicca in tercio. cuius radix usui medicine competit. Habet virtutem purgandi flegma principaliter et melācoliā. Confert esula contra febrē quotidianā. similiter valet cōtra arteticas passiones scz contra podagrā. ciragrā. et contra paralisim et contra pliacam passionē. et cōtra ydropisim ex frigida causa. isto modo. R. radicis esule radicis petrosilini. ebuli. radicis acori. añ. unc. j. seminis feniculi. seminis apii et anisi. añ. ʒ. ij. masticis cinamomi. añ. unc. j. ex his fiat de-

coctio in aqua .lb.ij. et cum zucro dulcoretur colatum et fiat siropus sumendus ut supra digestiuus et laxatiuus. Et si delicati abhorrerent talẽ potum decoquant² radices esule cum carnibus recentibus et uuis passulis et aniso et de brodio ei⁹ sumant et ualebit ad supradictas passiones. Uel fiat claretum ex puluere radicis esule et aliis spẽbus scz cinamomo galanga aniso masticis et c̃. et erit minus abhomiabile et magis delectabile. Et esula ĩterdicta sit habẽtibus calidã cõplexionẽ et inducit febrẽ potans eã. et inuenerũt plures tale nocumentũ in eius operatione serapio. Et ꝓcipue nocet patiẽtibus emoroidas nã aperit uenas ani et inducit fluxũ sãguinis eaꝝ q꜡ uene ille de natura sua sũt fluxibiles. Et uenas quas aperit etiã obstruit sua stipticitate et siccitate et sic facit uenas emoroidales tumescere et ille medicine que laxant cũ stipticitate et acuitate. sicut esula et mi sereon faciũt hoc. Serapio. ca. de stebrau. i. esula. Itẽ i lacte esule nõ est aliqua bonitas ꝑmo nocet illi qui accipit ipm̃. Et medici uiatores cũ tali lacte multos hoĩes interfecerũt propter paucitatẽ sciẽtie ipoꝝ. Et quesitum est ab eis que esset medicina quã dabãt in potu. dñ dabãt lac esule fore cum oleo sisamino mixtũ et laxabant aliquos usq; ad mortem. Serapio. Pandecta. Platearius



Endiuia.

Endiuia est frigida et sicca ī primo. semina et folia medicine competunt et folia vsui cibarū valēt et maxime viridia sunt magne efficacie sed sicca nullius. Et diureticā habet virtutem et virtutem cōfortandi et ex frigiditate alterādi. ideo valz cōtra opilationem splenis et epatis ex causa calida. Et valet etiam contra ptetericiam et simplicem tercianam et duplicem et cōtra calefactionem epatis et calidum apostema. ad hec omnia valet


talis potus. ℞. succi endiuie lb. i. s. scolpendrie. cicoree. lactuce. an̄. m. s. florū violarū vuarū passularū. quatuor seminū frigidorū. an̄. ʒ. ii. omia bulliantur in aqua lb. i. s. ad cōsumptionē quasi medietatis. colatum dulcoretur cum zucro et fiat siropus quo vtat᷑ ad plures vices vt supra insinuatum est. Deinde sumatur reubar. ʒ. ii. in infusione cū aqua endiuie cui cū forti expressione addatur diafēicōis et cassiefistule. an̄. ii. et fiat haust᷒ laxatiuus. Deinde sumatur triasandali vel conserua violarū pro confortatiuis. Sed ab extra obuiando huic discrasie valet epithimare regionem epatis cū aqua endiuie cui parū de sandal'o rubeo misceatur pro dieta ī ciborū ac potuū administracione sumāt᷑ cibaria ad frigiditatem declinantia vt sūt sorbella de ordeo et zucro. vel pultes de farina ordei cum zucro et parum aceti miscendo et cācrorū vsus cū aceto decocti confert. et aqua ordei cū zucro albo decocta cōfert loco potus et ita obuiabis predictis discrasiis. Item aqua endiuie cū cerusa et aceto est mirabile epithima super membra preternaturaliter calefacta. Ex aqua etiā endiuie et succo altee cū parū croci fit inunctio optima ad podagrā. Itē lac quidā endiuie cū thucia mixtū abstergit albuginē oculi. Itē fit ex aqua endiuie et farina ordei cum parum croci emplastrum tremori cordis et confortat cor. Auicenna.



Eupatorium

Eupatorium est calidum in primo et siccum in se-
cundo idem est ꝙ saluia agrestis Valet cõtra Vni-
uersalem paralisim et ꝑticularẽ. Contra Vniuer
salem talis cõfert potus. ℞. succi eupatorii saluie
añ. lb. i. primule Veris. origani. maiorãe. añ. m.
s. castorei cinamomi. añ. ʒ. ii. fiat decoctio cum zu
cro albo dulcorando de qua sumatur mane et se-
ro tepide amministrando pro qualibet Vice in q̃ȓ-
titate medii ciqhi quo potu consumpto. Recipiãtur

pillule sequentes . R. masse pillularū de euforbio ℈. ij. masse pillularū fetidarū. ℈. j. turbit. ℈. ß. zinziberis. gra. iij. misce malaxando cū siropo de sticados et fiant pillule vii. vel ix. Quibus pillulis sumptis sumatur diacastoreum vel dyanthos nicholai pro cōfortatiuis. Itē cōtra ydropisi et ictericiā ex causa frigida si fiant ex opilatione splenis et epatis talis cōgruit potus. R. eupatorii saluie ebuli. aā. m. j. seminū apii feniculi petrosilini. aā vnc. ß. omniū fiat bulicio in vino et cum zucro fiat siropus sumendus vt supra. Deinceps sumātur pillule de miserio. Et postremo recipiantur dialacca vel electuariū ducis pro confortatiuis. Itē decoctio eupatorii. et abrotani valet in alopicia et tiria caput inde lauando. Itē succus eupatorii cum succo lappacii acuti et fumiterre cū oximelle miscendo confert scabiei et pruritui qn̄ potatur cū aq̄ scabiose. Et succus eupatorii. cum succo lappacii acuti cū auxugia veteri porci et pax salis cōmunis mutuo miscendo cum pax sulphuris si placet in modū vnguēti quo vngatur locus scabiosus et multum prodest. Item vinū decoctiōis eupatorii cum absintheo et parū zucri confert febribus cronicis et antiquis et si addatur assarū valebit eo melius. Cōfert etiam loco potus vinū decoctiōis eupatorii et anisi doloribus et vlceribus intestinorum. Auicenna.



Enula.

Enula cuius radix prestat iuuamentū in medici nis est calida et sicca in secūdo gradu et in ipā est aliqualis humiditas superflua. propter hº nō calefacit corpus statim qn̄ ei occurit. Confert omibꝫ lesionibus et doloribꝫ frigidis et inflationibꝫ vētositatum. Confert etiā dolori prouenienti ex contusione lacertorū. His omnibus succurrendū erit cū emplastro facto ex decoctione radicis enule et preos et radicis altee cum parum olei lini miscendo

et predictis locis exhibendo et auxiliabitur ipsis. Confert etiam omnibus predictis de causa frigida potus ex enula factus cum radice yreos et semine anisi cum parum mellis despumati miscendo. Confert etiā predictū emplastrū sciatice et dolori iuncturarū. Prefatus etiam potus auxiliū p̄stat mundificādo pectus et adiuuat ad expuendū seu excreandum humorem flegmaticū in pectore peccantē et valet contra tussim et est bone operationis qn̄ ei admiscetur diapris salomonis. Et vinū decoctionis enule cū cinamomo et galanga miscendo cōfortat stomachum infrigidatum et cor. Auicē. ca. de enula. Et enula est duplicis maneriei. scilicet ortulana et campestris De ortulana mēs hic verfatur. Et vinū decoctionis enule cum parū zucri mixtū cōfert spūalibꝫ membris seu cordialibus. Iuxta illud. Enula campana reddit precordia sana Cōtra dolorē stomachi et ītestinoꝝ et cōtra pliacā et stranguriam et colicam passiones valet talis tragea ex frigida causa intelligendo. ℞. Enule cāpāe cinamomi. an̄. ʒ. ij. galāge anisi liquiricii. an̄. ʒ. j. radicis yreos. zinziberis. an̄. ʒ. ß. macis gariofiolorū nucis muscate. an̄. ℈. i. omnia pulverisentur et cū sufficienti zucro albo misceantur et fiat tragea. Item quando bibitur decoctio enule cū semine spargi et milie solis prouocat vrinam et menstrua. Pandecta. Serapio. et cetera



Epatica

Epatica frigida est et sicca in prio gradu. Est herba iuxta aquas crescens in lapidibus humidis. Et valet contra vicium epatis unde denominata ē Et valet contra calefactionem epatis et cōtra ycte riciam. &c. aqua decoctionis epatice et endiuie cū zucro miscendo. Et contra easdem passiones et pri cipaliter contra febrem tercianam continuam vel interpellatam vicio epatis exuberanter calefacti vel apostemati fiat siropus talis qui maiorem p̄

stat incolumitatē predictis discrasiis. R. succorū epatice. endiuie. lactuce. aā. lb. j. florū violarum vuarū passularū aā. vnc. s. prunorū damasceni numero vii. omniū fiat bulitio ad cōsumptionē medietatis. coletur et colatū dulcoretur cū sufficienti zucro albo et fiat siropus mane et sero sumēdus. pro qualibet vice in quātitate vnc. iiij. quo siropo consūpto sequens formacia sumatur. R. electuarii de succo rosarū. vnc. s. reubarbari. ℈. j. spice gra. iiij. cassiefistule extracte ʒ. iii. terantur reuba et spica et misceantur cum superiore siropo. vnc. iij. et fiat haustus tepide sumendus Deinceps sumatur triasandali vel conserua violarum pro confortatiuis Et ab extra epithimetur regio epatis cū aqua endiuie cui admixtum est puluis sandali rubei. ʒ ij. et ʒ. s. spodii puluerisati cū panno lineo in eo humectato applicetur epati pluribus vicibus. Item epatica et scolopendria et endiuia in aqua cocta cū parum zucri dulcorando valet cōtra opilationem splenis et epatis ex causa calida. Valet etiam contra omnē egritudinem epatis et cōtra eius apostemata calida. Predicte herbe conquassate et superposite epati confert in principio apostematis repercutiēdo. Eadē emplastratio applicata matrici abscindit eius mēstrua. Similiter apposita calido apostemati sedat eorū calefactionem.



Elleborus albus.

Ellebrous albus calidus est et siccus in tercio cu ius due sunt species scilicet albus et niger. albus dicitur quia eius radix existit alba vel album hu morem scilicet flegmaticū purgat. et nigra dicit qz nigrum hūorem vel melancolicū purgat Et cū in medicinis reperitur eius radix in receptis intel ligitur. Et hic proprietates ellebori albi ponimus Antiqui autem vtebantur elleboro albo in purga tionibus sicut et nos nūc vtimur scammonea quia


tunc erāt corpora fortiora et eius violētiā poterāt sustinere. Nūc autem corpora humana debiliora sunt et ellebori albi violētiā tolerare non possunt Unde cum sūma cautela moderno tempore dāda est medicina elleborata. Unde debilibus ac macilētis elleborus precipue albus et strictum pect⁹ habentibus nō debet dari quia cū violētia vomitū prouocat. et similiter per secessū violenter purgat sed flegmaticis facile vomentibus et pinguibus potest dari. Itē infusio ellebori albi per noctē in aqua feniculi que misceatur cum oximelle valebit multū febri quotidiane de flegmate vitrio. Idem confert aduersus arteticam passionem et podagrā et ciragrā et contra paralisim. Oximel est decoctio facta ex aceto et melle. Confert etiam ab extra applicare decoctionem ellebori albi cum origano emplastrata membris paraliticatis uł arteticā passionem patientibus cui parū almuri admisceatur de aqua salsa ex piscibus sale cōditis extracta ut est aqua qua alleca condiri habēt Itē puluis ellebori albi mixtus cum succo persicarum vel oleo amigdalarū amararū auribus īstillat⁹ valet cōtra vermes auriū. Itē ellebori albi decoctō ī lixiuio quo abluatur caput valet contra pediculos et furfures Itē cōtra scabiē valꝫ vnguētū factū ex elleb. al. et litargio et oleo cōmuni et aceto. pandecta. serapio. platearius mesue. etc̄.



Elleborus niger.

Elleborus niger calide et sicce existit complexionis et si debite preparetur totū corpus rectificat et bonum colorem dat sanguinem bonificat quia solutiuus est melancolici humoris. Et rectificatur si immittat² galline et cū ea buliat² et addatur feniculus et illud brodium magnū p̄stat iuuamētū Item decoctio ellebori nigri valet ad cutis dedationem. Item puluis tam albi q̄ nigri ellebori corrodit carnem putridam in vlceribus putridis.

Puluis etiã ellebori nigri mixtus cũ melle valz applicare fistulis et in tribus diebus possibile est curare eam. Pandecta. Vterq; elleborus tã albus q̃ niger sunt abstersiue virtutis ideo cõueniũt in morfea et lepra et scabie scilicet decoctio ellebori vtriusq; ĩ succo lappacii acuti cũ litargiro et parum mellis miscẽdo. Acetũ decoctionis vtriusq; ellebori confert dolori dentium os tepide abluendo. Et ĩ tali decoctione misceãtur pisa vel frumentũ et propinetur colũbis in cibo occidit eas. Item elleborus niger est ca. et sic. in tercio. Pandecta. Et est subtiliatiuus solutiuus melancolici humoris et corrosiuus carniũ putridarũ in vlceribus. Et dicitur q̃ quando nascitur elleborus niger apud radices arborũ fiunt fructus illius arboris solutiui. Cõtra vermes aurium puluis ellebori nigri misceatur cũ succo absinthei et guttatim et tepide auribus instilletur et cõfert. Itẽ infusio radicis ellebori nigri cũ semine feniculi aut petrosilini in aqua scolopendrie cum parum zucri miscendo coleram et flegma per ventrem purgat. purgatio illa melãcolicis epilenticis artheticis et paraliticis medicatur. Et pessariũ factũ cũ melle et elleboro nigro menstrua prouocat et aborsum facit Pãdecta. Johannes mesue dicit albũ elleborũ debere vitari quia prefocatiuus et venenum corpori.



Ebulus

Ebulus est calide et sicce cōplexionis. quia virtus eius desiccat et incarnat et resoluit resolutione tēperata. Eius radices et folia sūt ea que in via medicine valēt. Item multum resoluit et aperit ideo prouocat menstrua. fiat fumigatio cum ebulo et arthimesia et abrotano in vino decoquēdo circa matricem applicando. Item ebulus valet contra podagram inflatam vel alia membra inflata ex materia flegmatica.

R. ebuli flor camomillar mellikoti. ana. m. j. fur furis tritici. m. ij. bulliant in lixiuio et cū eo ter aut quater in die lauent pedes aut pars inflata et confert. Succus etiā ebuli cū aqua salsa valet contra arteticā et ciragrā et podagrā ab extra applicādo. Confert etiā vinū decoctionis radicis ebuli seminū feniculi petrosilini et apii in ydropisi de frigida causa. et in tali discrasia eximiū remediū est. Pandecta. ca. de ebulo. Itē succus ebuli in aures immissus sonitū earū compescit. et vermes auriū cū succo absinthei miscendo occidit. Succus ebuli morsibus venenatis occurrit. Et sanguinē et lac congelatū soluit. Et sāguisugas occidit succus ebuli bibitus. Et vinū decoctionis eius cū liquiricia tussim antiquā compescit. Et squināticis singularem prestat effectum. Succus ebuli cū aqua plantaginis cū parū piretri et parum mellis rosati miscendo in modū gargarismi. idē prohibet reuma fluere ad guttur. Confert etiam idem ad dolorē dentiū os abluendo. Idem subuenit vuule pendenti. Item aqua decoctionis radicis ebuli cū scolopendria spleneticos mire iuuat. Et vinum decoctionis eius et apii calculosis prodest Pandecta.



Edera terrestris.

Edera terrestris quantum ad eius folia usui medicine competit. Item folia eius cū aceto cocta cū foliis altee et radice acori splenem tumentem attenuat. Isto modo dispensando. R. succi edere terrestris succi scolopendrie aā. lb. ß. radicis altee farine fabarum radicis acori aā. unc. ij. omnia cōtusa buliantur cum succis et parū aceti quo emplastretur splen tumefactus et confert. Sed ab intra sumēdo cōfert sequēs potus tumefactiōi splēis et


omni opilatõni splenis et aliis discrasiis vicio sple
nis prouenictibus. Ut febris quartana ydropisis
ycetericia nigra a cã frigida. R. succor edere terre-
stris scolopẽdrie añ. lb. i. foliorũ extremitatũ absi-
thei. asari. florũ centauree añ. m. s. florũ boragi-
nis vuarũpassularũ. folior sene añ. vnc. s. epithi
mi cuscute seminũ anisi. apii. feniculi petrosilini.
radicũ brusci spargi añ. ʒ. ij. liquiricie vnc. s. oĩm
fiat bulitio cum lb. i. vini albi et parũ aceti ad cõ
sũptionẽ fere medietatis coletur et dulcoretur cũ
sufficienti zucro et fiat siropus quo vtatur tepide
mane et sero pro qualibet vice in quãtitate medii
ciphi. vel vnc. iii. s. quo consumpto sumatur tale
purgatiuũ. R. electuarii hamec mesue. dia turbit
diasene añ. ʒ. ij. cassi extracte. vnc. s. misce cum si
ropo iam dicto et fiat haustus. Sed pro conforta
tiuis sumantur diacorus vel diacappere vel dia-
calamentũ. postremo applicetur emplastrũ predi-
ctum supra splenem tepefactum primo regionem
splenis vngendo cũ vnguẽto dialtee desuper appli
cando emplastrum. Item succus edere naribus
infusus purgat caput et dolores capitis mitigat.
Et succus cum herba auri dextre infusus sinistro
denti dolenti medetur. Item decoctio edere in lixi
uio cum corticibus nucum nundũ maturarum
nigrescit capillos. Pandecta.



Edera arborea.

Edera arborea ab herendo dicta est eo ꝙ arboribꝫ adhereat. Vel dicitur ab edo qꝛ a capris editᵛ et ipsis lac multiplicat. Radix eius frigide est nature et frigidam esse terram inducit vbi crescit. Virorē seu viriditatem diu seruant folia eius. Et est amari et stiptici saporis. Edere autē due sunt species scilicet alba et nigra siue masculus et femina. Edera alba fructū defert albū. et nigra nigrū. et edera

coronari solebāt poete in signū viuacis ingenii et subtilis. Unde albertus magnus alexander suos milites coronauit. Est autē talis edera arbor ut dicit plinius multū in altum se extendēs quā diu inuenit arborem vel murū per quē serpit radicosa seu ramosa habēs folia ītercisa et āgulosa grauis odoris et amari saporis sub cuius umbra latent vermes. Edera quāuis sit amara utilis est medicine. Nam virtus ei inest stiptica et cōstrictiua ideo dissintericis medetur. Itē succus eius mixt9 cū oleo amigdalarū amararū auribus immissus iuuat contra sorditatē. Item succus naribus instillatus caput purgat. dolorem eius mitigat. Et contrariis est composita et ideo in causis cōtrariis operatur. propter quod virtutē habet maturatiuā attractiuā mundificatiuam et mitigatiuā. ideo hircus nutrit9 edera arborea ei9 sanguis adquirit proprietatē diureticā ad frangendū calculū in renibus et vesica. Est autē quedā species edere super cuius folia ros inuiscatur ac in laudanū conuertitur. cuius virtus magna a medicis experitur. Nā fumus eius menstrua prouocat et educit et secundinas expellit. Serapio.



Fumus terre.

Fumus terre calidus est et siccus ī secūdo gradu Pandecta. et dicit' fumus terre qz generatur a fumositate grossa a terra resoluta et superficiei terre adherens. Et quāto viridior tanto efficacioz existit et exsiccata nulli' virtutis. pricipaliter purgat melancoliam. secundo flegma salsum et coleram. et est diureticū. Unde decoctio eius cum aliis appropriatis vz leprosis et ydropicis de firigida cā R. succi fumi terre. lb. j. extrēitatū absithei floz


centauree · floꝝ boraginis · an̄ · m · ſ · radicis eſule
polipodii radicis ebuli an̄ · unc · ǰ · cuſcute epithimi
foliorū ſene an̄ · unc · ſ · ſeminū feniculi petroſilini
leuiſtici apii mirabolonorū kebuloꝝ indorū an̄ · ʒ ·
ij · liquiricie · ʒ · j · omīa groſſo modo contūdantur
et bulliantur cū aqua ſimplici · lb · ǰ · ſ · cū parū ace
ti ad cōſumptionē medietatis · coletur et dulcore-
tur cū zucro et fiat ſiropus qui ſumat᷑ mane et ſe
ro tepide pro qualibet vice in quantitate medii ci-
phi · Quo conſumpto ſequētes pillule ſumantur ·
℞ · maſſe pillularū de miſerion · ℈ · ij · maſſe pillu
laꝝ de fumoterre · ℈ · ǰ · turbit · ℈ · ſ · granoꝝ coconi
dii numero · v · zinziberis gra · iii · miſce malaxan
do cū ſiropo de fumoterre et fiat pillule ix · Poſtea
ſumantur dialacca vel diacoſtū vel diacoros pro
cōfortatiuis · Cōfert etiā ſuccus fumiterre cū ſero
caprino cum mirabolonis miſcendo predictis paſ-
ſionibus · Item ſuccus fumiterre cui miſceatur
puluis milii ſolis vel ſaxifrage et confert prouo-
cando vrinā · Item ſuccus fumiterre valet ad pu
trefactionem oris et gingiuarum os cum eo ablu
endo · Item ſuccus fumiterre cū zucro valet ad o-
pilationem ſplenis et epatis de frigida cauſa · Itē
ſuccus fumiterre cū ſulphure et oleo lauri valet
contra ſcabiem Pandecta Platearius ·



Feniculus

Feniculus est calidus et siccus in secundo gradu virtutem habens diureticam. Semen et folia et radix eius usui medicine competunt. Item aqua feniculi sua proprietate clarificat oculos cum thutia et lapide calaminaris puluerisatis miscendo fiat inde collirium. Unde serpentes exeuntes de cauernis habentes malos oculos vadunt ad feniculum Item semen feniculi vel radix vel folia eius comesta facit mulieribus augmentare lac.


Item decoctio seminis vel radicis feniculi cū seie petrosilini et milii solis et saxifrage in vino prouocat vrinam et menstrua. Itē vinū decoctionis feniculi et brusti spargi leuistici confert opilationi splenis et epatis. Idem est resolutiuū ventositatū. Item contra morsū animaliū venenosorū valet decoctio feniculi cum cepis in modū emplastri loco applicando. Idem valet contra morsū canis rabidi. Itē vinū decoctionis feniculi et mente digestiuam confortat et nauseam sedat ex causa frigida prouenientem. Itē vinū decoctionis feniculi valet difficulter vrinantibus et contra stranguriam et dissuriā. etc. Itē vinū decoctōis feniculi cū radice hermodatuli et radice esule cum zucro miscendo confert contra ydropisim ex frigida cā. Itē succus feniculi soli expositus per xx. dies valet contra pānū vel maculā oculorū. Et contra eorū oculorum pruritū certū est remediū. conficiatur parum aloepatici cū succo feniculi et ponatur in vase eneo ad solē p. xx. dies et ponatur in oculis more colirii platearius. Item feniculi vsus frequens tarde est digestionis licet conferat nausee et inflationi stomachi tamen malū prestat nutrimētū. Auicenna capitulo de feniculo. Item in febribz cronicis seu inueteratis valet aqua decoctionis feniculi petrosilini et radicis esule cum parum zucri miscendo. Pandecta. Platearius. Auicenna.



Fragaria

Fragaria est frigide complexionis. Valet contra a postema gutturis isto modo. R. succi fragarie et aque plantaginis aa. Unc. iiij. mellis rosati. Unc. j. succi moroxcelsi. Unc. s. albi greci balaustie aa. ʒ j. fiat inde cũ parũ aceti gargarisums. Itẽ aqua decoctionis fragarie valet contra sudorem et calorem. Et si in tali decoctione fragarie dissolueretur dragantũ valet contra sitim. Confert etiam vinũ decoctõis fragarie et semis petrosilini et saxifrage

contra calculum & tali potando. Item succus fragarie cum melle rosarum valet ad vlcerationẽ oris. Et fragaria sumpta cum boragine in cibis generat bonum sanguinem. Succus etiam fragarie cum cinamomo sumptus valet contra fetorem oris. Idẽ valet pro dolore capitis et pro corde. Item olera facta ex foliis fragarie et bletibus et boragine cum vuispassulis valent contra ethicam. Et succus fragarie cum foliis fraxini mutuo decocta in modum emplastri valet cõtra fracturam cruris quia consolidat. Idem emplastrũ cum foliis altee incorporatum contra contusionẽ in corpore ĩ membris a casu vel percussione factã multum prodest. Itẽ omnia vulnera cũ succo fragarie linita cõsolidat. Et si quis fuerit lesus ĩquã tũ ad membra interiora succus fragarie cũ succo consolide minoris mixtus cõsolidat vulnera ibidem discõtinuata si sumatur in potu. Prodest etiã mulieribus contra nimium fluxum menstruorꝫ cum succo plantaginis mixtum.



Fraxinus.

Fraxinus frigidus et siccus in secūdo. Virtus eiꝰ est que cum fuerit recens cōglutinat vulnera recentia. Et aqua ī qua folia recētia fraxini cū radice eius sint cocta in modum emplastri confert fracture ossium ipsa conglutinando et consolidando. Item vinum decoctōnis corticis fraxini et corticis tamaristri datum in potu infallibiliter splenem attenuat. Nam res probata est ꝙ si detur porcello bibere aliquibus diebus et

interficiatur minimũ inuenies splenem Pandecta ca. de fraxino. Item valet contra dissinteriã et li enteriam et fluxũ vētris aqua pluuialis decoctõ nis corticis fraxini et seminis plãtaginis. Et ex tali decoctione fiat fomentũ cum spongia super in testina valet similiter contra predictas passiones Idē applicatum cũ spongia super stomachũ addē do parũ aceti valet cõtra vomitũ ex debilitate vir tutis contentiue. Item ex cineribus corticũ fraxi ni cũ succo lapacii acuti cũ parũ olei laurini et pa rum argenti viui mutuo miscendo in modum vn guēti quod valet scabiosis. Itē ℨ. ij. s. pulueris cor ticis fraxini cũ vino miscendo purgat flegma Se rapio. ca. de fraxino. Et humiditas que reperitur ĩ capitibus que in prĩcipio nascũtur in ramis q̃ñ apparent si liniatᶻ facies cũ ea humiditate abster git maculas fedas faciei. Et ex illa exsiccata hu miditate generantur animalia que assimilantur cimicibus. Item folia fraxini contra venenũ sũt vtilia. Nã succo expresso et potui dato cõtra serpẽ tes seu venenũ sũmũ opiferum est. Et tantã ha bet virtutē vt serpentes eius vmbrã matutinã vel vespertinã non attingant. Quod si inter ignē et folia fraxini ponatur serpens in ignem plus q̃ in fraxinũ fugiet Bartholomeus anglicus dicit de proprietatibus rerum.



Grana solis

Grana solis .i. miliū solis est calidum et siccū in tercio. eius semen est maioris efficacie et albū rotundū et lapidosum. nascit² in locis asperis et altis Virtus seminis eius est prouocatiua Vrine et fractiua calculi. ideo Vinū decoctionis milii solis et semīs feniculi petrosilini prouocat Vrinā et frāgit lapidem. Sed fiat potus inde qui melioris est efficacie. R. succi milii solis aquarum feniculi. petrosilini aā. lb. s. seminum milii solis . saxifrage

alkzakenge apii aā. vnc. ſ. radicū bruſci ſpargi aā ʒ. ij. ſeminis melonū ſanguinis hirci aā. ʒ. j. oīa cōtuſa bulliantur in vino lb. j. ſ. ad cōſūptionē fere medietatis colatum cū zucro dulcoretur et fiat potus mane et ſero ſumendus. Itē vinū decoctōnis milii ſolis vel pulvis milii ſolis in cibis mixtus ſoluit ſtranguriā et diſſuriā et pliacā paſſiones. Serapio auctoritate raſis ꝙ pulvis milii ſolis mirabilis eſt in prouocatione vrine et mēſtrui et frangit lapidē in renibus et veſica quocūꝗ modo ſumatur. vel in via cibi aut decoctiōis aut tragee. Itē tragea cōmunis exhibita cibis mixta cū milio ſolis miro modo conferre habet tum in prouocando vrinā tum in purgando mēſtrua et frāgendo calculū in renibus ac veſica. R. ſeminū milii ſolis ſaxifrage alkzakenge ſeminis ſpargi apii et melonis aā. ʒ. j. cinamomi gariofilorū macis galāge ſanguinis hirci aā. ʒ. ſ. zucri albi quartā lb. miſce et fiat tragea in vino adminiſtranda vel in via cibi. Et melius valebit adminiſtrare trageā tempore neceſſitatis ī balneo aque dulcis cū aqua feniculi vel rafani maioris. Et in aqua balnei ſint cocte tales herbe ut puta abſinthiū. feniculus petroſilinū. tanacetū. flores camomillarū Platearius Pandecta Serapio et c



Galletricum

Galletricum alio nomine ceptrum galli· calidū & et siccum· De proprietate galletrici est purgare matricem potum ide faciendo· R· succi galletrici· succi arthimesie aā· lb· abrotani· seminum feniculi anisi petrosilini aā· m· s· cinamomi galangi aā· ʒ· i omnia bulliantur in vino sufficienti ad consumptionem medietatis ·colatum dulcoretur cum melle spumato et fiat potus sumendus

mane et sero ad placitũ. quo potu cõsumpto seqns
euformatũ cõferre habet. R. gere pigre galieni. ʒ.
iij. diafenicõnis ʒ. j. cass? extracte vnc. ß. misce cũ
predicto potu et fiat haustus. Deinceps sumãtur
diambra vel electuariũ de gẽmis vel zucrũ rega
le pro confortatiuis. Balneũ etiã aque dulcis cũ
suis herbis appropriatis postremo conferre habet
matricem mundificatam a suis fecibus magis
aptando ad eius conceptionem. herbe cõuenientes
matrici ĩ balneo sit mellissa matricaria arthime
sia galletricum ysopus origanũ menta. et c̃. Itẽ
post balneũ sumat[z]. ʒ. j. de metridato cũ aqua ar
thimesie et in presẽti casu multũ valebit. Et alijs
diebus fiat fomentũ cum decoctione gallatrici et
arthimesie et matricarie et c̃. in vino cocta matri
cem inde fomentando istud crebre fiat. et eo meli[9]
aptabis matricẽ infrigidatã ad potentiã cõceptio-
nis. Et ad cibos misceatur zucrũ regale vel tra-
gea cõmunis pro confortatione stomachi et aliorũ
membrorũ. platearius.



Genesta.

Genesta est frutex calide et sicce complexionis in secundo gradu. et producit flores citrini coloris similes figure lune. Et semen eius est calidum. Et in flore eius et stipite est humiditas superflua cū virtute īstisiua quare multiplicat vomitū. Et sūt omnes partes eius cōturbatiue īstisiue subtiliatiue et prouocatiue. Nocet stomacho et cordi. et cum melle rosar. tollit eius nocumentū et cū mastice

Semen aūt ei⁹ propinādū ē cū aqua mellis rosarū aut cū seīe anisi aut feniculi et auferūt nocumētū floꝝ vel seminū geneste. Et flos geneste decoctōnē mediocriter sustinet. semen autē eius pl⁹ sustinet. Est autē alia que vocat᷑ genestra frigide et sicce cōplexionis similis geneste superiori ꝫ minor est et habet stipites minores et āgustiores et album florē facit. Pādecta hec dicit ca. de genestra. Et diascorides sili ca. dicit ꝙ semē genestre et flos bibit⁹ cū mulsa humores vomitib⁹ purgat. Johēs mesue dicit per vomitū et per vētrē educit flegma et ꝑ iūcturas forti motione materias educit. Et mūdificat renes ab oībꝫ superfluitatibꝫ et prouocat vrinā fortiter. et frangit lapidem in renibꝫ et vesica et neqꝫ permittit materiā figi ī eis neqꝫ lapidē condensari. Ad hec oīa potus ex seīne et floribꝫ geneste factus cōferre habet isto modo. ℞. floꝝ geneste et seminis eius et seminis anisi et feniculi aā. ʒ. m. ſ. radicū spargi et petrosilini aā. vnc. ſ. masticis. ʒ. ſ. fiat omniū decoctio in vino et aqua aā. lb. ī. ad cōsūptionē tercie partis et colatū dulcoretur cū mellē rosaꝝ et fait potus sumendus ut supra. Idē valet ad apostema splenis. Itē aqua decoctōnis floꝝ et seminis eius cū aqua plantaginis valet cōtra dissinteriā. Et fomētū ex tali factū valꝫ ad constringendū fluxū menstruoꝝ. Pandecta.



gramen.

Gramen est frigidū et siccum in principio primi gradus. Aqua decoctionis eius et radicis petrosi lini valet contra dissuriam si bibatz et frangit lapidem et curat vulnera vesice et prouocat vrinam et ē cōglutinatiua et curat reuma vētris. Itē succus grāinis vulnera recentia dū sūt sāguinolenta cōglutiat. sz semen eius prouocat vrinā et desiccat quod currit ad stomachū et ītestīa ex huīditatibz

quia virtus eius est desiccatiua sive stipticitate. Itē radix eius est sanguilentorū vlcerū cōsolidatiua ipsa radix cū succo eius desup cathaplasmata ad id confert. Item elixatura graminis torsionibus ventris et dissurie medicatur vulnera vesice optie curat et calculos frāgit et vrinā prouocat. Canes quando volunt se purgare hanc herbam manducant. Item in splenis dolore valet vinum decoctionis graminis et scolopendrie et radicis fraxini cū parum zucri miscendo et potū talē administrando Sed talis decoctio sine zucro vz ipi spleni ab extra applicando ipm splenem fomentando inde mox sētiet beneficiū pandecta capitl'o de gramie. Et Auicenna eodem capl'o dicit. gramē facit coherere plagas seu vulnera sanguinea. Et decoctio eius cum diptamo et semine petrosilini et saxifrage in vino extrahit lapidem. Et semen eius in vino decoctum vel aqua prouocat vrinā prouocatione forti et abscindit vomitū et fluxū ventris pandecta auctoritate galieni. Item succus graminis cū parū abrotani puluerisati et parū mellis in potu datus valet contra vermes seu lūbricos a proprietate. Sed ab extra valet succus eius cū felle thauri mixt⁹ intestina vngendo. Item succus graminis cū herba et parū aceti valet contra ignem sacrū.



garioffilata

garioffilata calida est et sicca in secundo. et ista herba magnam habet efficaciā secundū folia maiorem q̄ secundū radices. Unde folia nō radix in medicina poni debent et recētia maioris sūt virtutis q̄ exsiccata. habet autē virtutē dissoluendi cōsumendi aperiendi. Et garioffilata dicit² q₂ habet odorem similē garioffilis. fomentū factum ex vino decoctionis garioffilate et galletrici et arthime

sie menstruū prouocat. Et suppositoriū vel' pessariū factum ex succo garioffilate et arthimesie cū mirra miscendo valet ad idem matrici applicādo. Itē vinū decoctionis gariofilate et mente cū galāga miscendo valet ad confortandum digestiuā et contra dolorē stomachi et intestinorū et contra ventositates ex frigiditate. Item vinum decoctionis garioffilate et coriandri p̄parati valet in doloribꝰ capitis ex ventositate ex stomacho proueniēte. Itē garioffilata sua aromaticitate emendatur in passionibus cordis. Vinū ergo decoctōnis garioffilate cū cinamomo et macibus miscendo valet cōtra cordis discrasiā. Item succus garioffilate mixtꝰ cum parū viridis eris fistulis iniectus curat eas. Item vinū decoctōnis eius et cimini et scabiose cōfert in colica et yliaca passionibus. Et succus garioffilate cum aqua plantaginis miscendo est siccatiue virtutis et secundū ventrē reumata sufficienter sistit. Pandecta capitulo de garioffilata.



gentiana

Genciana calida est et sicca in secundo gradu. cuius herba eodem nomine appellatur. Et eius radix usui medicine competit. Unde radix non herba in medicinis ponitur. Et gēciana multā habens amaritudinem bona est. et paruam habens amaritudinē abicienda est. habet enim virtutē dissoluendi consumendi et attrahendi. et est diureticum vinum decoctionis eius radicis.

et radicis preos cū liquiricia valet cōtra inuetera tū asma. Ad idem valet emplastrū factū de pulue re genciane et radicis preos cum melle miscendo pectori applicando. Vel vngatur pectus cū vngue to dialtee cui misceat² puluis radicis preos et ma gnū pstat presidiū. Item epilenticis cōfert puluis genciane cum aqua maiorane. Et puluis eius da tus cū succo mente in potu prodest morsui anima liū venenosoꝝ. Et puluis genciane mixtus cum succo cepaꝝ valet contra morsū reptiliū animaliū vulneri superponendo. Item puluis genciane cū puluere abrotani cū succo arthimesie et parū mel lis fiat pessariū matrici supponēdo ad prouocandū menstruū fetū mortuū et secundinā et miro mo do cōferre habet platearius Et virtus eius ma gna existit aperiendo opilationes. Et quādo sumi tur succus genciane vel aqua decoctionis eius cū cinamomo prodest dolori lateris et torsioni neruoꝝ et eorū corrosioni et dolori epatis et stomachi. Et puluis genciane mixtus cū puluere aloepatici cu rat vlcera corrosiua et fraudulēta. Et succ⁹ abro tani cū puluere genciane mixtus aufert morphea albam. Serapio pandecta.



Hermodattulus

Hermodattulus est herba que florescit in fine autumni. et quidam habet florem album et quidã ad nigredinem declinantẽ. et est quidã dattulus habens florem rubeũ. sed albũ florem deferens est melior. alii sunt tãq̃ venena. Et est calidũ et siccũ citra secundũ gradũ Auicẽna. scdõ libro. ca. de hermodattulo. Et solutione educit flegma a iuncturis . et est medicina conferens artheticis passionibus . Et qr nocet stomacho et nauseam prestat et

ventositates impregnat. ideo valet radici hermodatuli miscere zinziber et masticē et ciminū et dosis eius est a ʒ. j. ad ʒ. ij. Mesue. hec radix si crude comedatur occidit strangulādo sicut fungus occidit. Serapio eodē ca. Ne aliquis erret comedendo radicē hermodatuli loco ceparū quia est dulcis et delectabilis saporis. Et radix confert illis comedentibus fungos malos et est eis sūmū remediū Item albus est bonus podagre sz rubeus occidit. Serapio. Idem cōfirmat Mesue. Et radix hermodattuli pulverisata exsiccat vlcera antiqua et abstergit ea cū parū mellis miscendo. et est calida et sicca ī tercio. Mesue. Et radix hermodatuli valet variolis Et melior ex eo est qui est albus exteriꝰ. Niger vero et rubeus sunt ambo interficiētes. et eius radicis nimius vsus facit cōmouere sanguinē et inducit eius adustionem et nocumentū magnū et egritudines. sicut erisipilā ī capite et aliis partibus corporis Serapio Item radix eius habz virtutē attrahendi consumendi et dissoluendi. Et aqua feniculi decoctiōis radicis hermodattuli valet in yliaca et colica passionibus febre nō existēte acuta. Et puluis radicis eius valet benedicte laxatiue miscēdo purgando humores in articulis peccantes. Et puluis eius cum sapone valet fistulis imponere. Platearius.



Iusquiamus

Iusquiamus est frigide et sicce complexionis. et ex eo deterius et fraudulentius est nigrum deinde rubeū. sed albū est magis incolume. et ē id quod administratur. Si autem non reperitur album administretur rubeum et alienetur nigrū semper. Nigrū est frigidum et siccū ī fine tercii. et albū in principio ipsius Auicenna. caplo de iusquiamo. Et est stupefactiuum et abscindit fluxū sanguinis. et sedat sua stupefactione dolores percussos. et

sedat dolorē apostematū calefactorū preter naturaliter. ideo valet erisipile eius succus cum parū aceti. Et succus eius cum furfure tritici et parū aceti valet contra inflatōnem et dolorē testiculorꝝ Et succus iusquiami cū succo herbe paralisis cū quo epithimetur locus dolorosus artetice passiōis et magnum prestat iuuamentū. et bibatur. ℈. j. de semine albo cum ydromelle ante et eo melius valebit. Item succus vel oleū eius sedat dolorē auris tepide imponendo. Et succus eius cum aceto vel vinū decoctionis eius cum aceto et piretro valet dolori dentiū. Et succus eius cum aqua rosarꝝ applicatus fronti inducit sōnū. Et si ex foliis ipsius comedatur aliquid conturbat rationem. Itē succus foliorū ipsius linitꝰ super oculos sedat eorū dolores et prohibet fluxū humorū ad oculos Et fit ex foliis iusquiami emplastrū cū parum aceti valet apostematibus mamillarꝝ. Et eius succus cū foliis ius quiami mixtū in modū pessarii valꝫ dolori matricis et abscidit fluxū mēstruorꝝ Itē vsus eius est venenū quo ratio permiscetꝛ et destruit memoriā et inducit inaniam. Item cōtra instātiā vigiliarū in acutis febribus valet inducere somnū fomentando pedes et tempora cum aqua decoctionis foliorū iusquiami sed ad frontem addatur lac mulieris cū albumine oui et parum aceti. Platearius.



Isopus

Isopus alius est montanus alius in ortis repertus calidus est et siccus in tercio gradu· Confert pectori et pulmoni et contra asma et tussim antiquā decoctio isopi et preos cum ficubus et liquiricia isto modo· R· folio⁊ isopi mellisse añ· m· j· radicum preos et lilii· añ· Unc· ij· liquiricie enule căpane añ· Unc· j· ficuū numero· ix· omniū cōtusoꝝ fiat decoctio in vino et aqua añ· lb· j· ad cōsumptionē tercie ptis colatū dulcoret² cū zucro vel melle

despumato et fiat potus sumendus mane et sero tepide pro qualibet vice in quãtitate medii ciphi· quo cõsumpto sequẽtes pillule sumãtur· R· mas se pillularũ de agarico· ℈·ij· masse pillularũ ag gregatiuarũ· ℈·j· agarici· ℈ ß·salis gẽme gra·j misce cũ siropo de isopo et fiant pillule ix· Deĩde su mantur diasopũ vel diaprassũ vel diadragantũ calidũ pro confortatiuis· Hec omnia valent predi ctis discrasiis a cã frigida prouenientibus· Item vinum decoctionis ysopi et ficuũ siccarũ et liquiri cie valet cõtra tussim frigidã· Vinũ etiã decoctio nis ysopi et ficuũ et seminũ feniculi petrosilini va let dolori stomachi et intestinorũ· Et si cũ his deco quitur arthimesia mũdificat matricem a suis su perfluitatibus frigidis· Et fomentũ factũ ex de coctione foliorũ isopi et arthimesie et abrotani ĩ vi no valet matrici a suis superfluitatibus mũdifi cando et abstergendo· Item contra catarrum frigi dũ et casũ vuule fiat gargarismus ex decoctione isopi et flor rosarũ et piretri cũ vino et parũ aceti postea vuula subleuetur cum digito et super sper gatur puluis zinziberis et piretri· Auicẽna.



Ireos vel iris. *flambe, alias glayeul.*

Iris et preos conueniunt in foliis et differunt in floribus. Unde versus. Iris purpureū florē gerit preos albū. Gladiolus croceū sed spatula fetida nullū. Calidū et siccū ē ī fine tercii. Radice vtim² in medicīs. Et vna radix pro alia potest poni plateariũs. Virtutem habens diureticam dissolutiuam et aperitiuam. ideo valet contra opilationē splenis et epatis renum et vesice et contra vicium pectoris et pulmonis et stomachi et

intestinorũ ex ventositate et cõtra ydropisim ex cã frigida. pro his omibus discrasiis prodest vinũ de coctionis radicis ireos et ysopi et seminũ feniculi petrosilini anisi liquiricie cũ parũ mellis despuma ti miscendo. Itẽ puluis radicis yris prodest vlceri bus putridis qr carnẽ mortuã et putridã et super fluã corrodit. Ex puluere radicis ireos et thutie cũ aqua rosarũ vel feniculi fiat collitiũ et valet ad pannũ oculorũ. Habet etiã virtutẽ abstersiuã et mũdificatiuã et digestiuã. ideo succus radicis eius et par pulueris esule cũ aqua mellis miscẽ do purgat flegma grossũ et educit ipsũ. Et aqua decoctõnis radicis ireos cũ parũ ellebori albi et ce ruse faciem mũdificat eius pannũ et lentigiones auferẽdo. Itẽ succus radicis ireos mixtus cum melle rosaꝝ. vel puluis radicis eius cõfert vlceri bus sordidis et facit nasci carnẽ ĩ fistulis et aliis vlceribus. Itẽ puluis radicis eius cũ axungia porci mixtus lenificat duricies et apostemata gros sa et scrofulas. Itẽ eius oleũ valet in spasmo et paralisi et sciatice et cõtritioni lacertoꝝ. Itẽ aperit etiam orificia venaꝝ emoroidaꝝ et aufert gomor ream et pollutionẽ et prouocat menstrua cũ vino decoctionis eius. Itẽ eius oleũ cũ oleo rosarũ et parũ aceti remouet sodam. Et puluis eius facit sternutationẽ. Auicenna.



Juniperus.

Juniperus est calidus et siccus in tercio gra. Cū reperitur in receptis fructus inteligit᷑. habet autem virtutem dissoluendi et consumendi. Et valz contra fluxū ventris ex scāmonea vel alio acuto laxatiuo adherente villis stomachi et intestinorū fiat decoctio iuniperi in aqua pluuiali et patiens se submergat in tali aqua usq͛ ad vmbilicum Et vinum decoctionis iuniperi et radicis preos confert strangurie et dissurie et yliace passioni.

Itē oleum iuniperi efficacissimū est contra quartanā ex melancolia. Detur oleū in quātitate. ʒ. ß. in cibo vel alio modo materia digesta. Vngantur etiā partes dolentes in yliaca et stranguria passionibus. Et contra epilentiā vngatur spina dorsi. Idē valet contra quartanā vt supra vngendo spinā dorsi et pulsū manuū ante peroximū per horā. Itē valet etiā oleū iuniperi cōtra vicium lapidis iniiciatur per siringā. Contra asma inueteratum ex frigida cā detur fructus cū ficubus siccis vel detur vinū decoctionis fructuū iuniperi et ficuum siccarū et liquiricie. Platearius. Oleū etiā valet contritioni lacertoꝝ et doloribus pectoris et in tussi cū oleo amigdalarū dulciū mineram pectoris circa ignem vngendo. Oleū etiā ipsius valet doloribus iuncturaꝝ. Vinū decoctionis iuniperi aperit opilationes circa stomachū factas et matricis et confert doloribus eius. Et fomētetur matrix cū decoctione iuniperi et arthimesie et radicis preos. et mūdificat² matrix prouocādo menstruū. Oleū expellit nocumentū puncture animalium venenosoꝝ vngendo locum puncture ipso oleo. Auicenna eodem capitulo.



Iringus.

Iringus est calidus et humidus in primo et humiditas amplior est caliditate sua. Et usus radicis in mellę condite multū augmentat sperma et auget in coitu et ad virge erectionē et prestat bonū nutrimentū. Serapio. e. ca. et Auicēna. Et radix iringi cū aliq̄ specie aromatica comeditur aut cū mellę aut zucro et cinamomo conficiat᷑. Iringus est species spine cuius folia apponantur oleribus et melius prestant nutrimentum. Et virtus

radicis iringi est sicut virtus baucie siue pastinace domestice. Item radix iringi id est secacol l cruda comesta curat geomorream. Pandecta. e. ca. Et folia iringi et plantaginis in aqua et aceto cocta cõferunt inflationi stomachi et apostematibus oculi et aliis apostematibus calidis. Et quidã dicunt quod flos huius herbe cuius color est purpureus si bibatur aqua decoctõnis eius confert squinancie et epilentie que accidit infantibus. Et succus eius inunctus super apostemata calida lumborum sedat eorum pulsũ seu pulsationẽ. Pandecta. Et quãdo bibitur succus radicis yringi albi coloris prouocat vrinã et mẽstrua dissoluit inflatões et torsiones stomachi. Et quando bibitur cum vino decoctionis radicis eius valet dolori epatis et morsibus venenatis pandecta. Item Serapio dicit. Verum pringũ tẽpore veris in sũmitate eius deferre florẽ cuius color est sicut color violarũ nisi quia sunt maiores eis. et quando cadunt flores habet semen ĩ quantitate ciceris plenum humiditate nigrũ dulcis saporis. Serapio. eodẽ capitulo.



Lilium.

Lilium est calidum et humidum i primo et est do-
mesticum cum albis floribus. Valet ad apostema-
ta frigida maturanda cũ auxugia et oleo tritum
et coctum et superponatur. Item radix lilii cum
radice brance vrsine et radice altee mutuo cocte cũ
vino et coletur et colature addatur cera et oleum
aã. q̄ sufficit et fiat vnguentum contra viciũ sple-
nis et duriciem eius. Et radix lilii domestici cum
aceto mutuo conquassata valet contra

malū mortuū siue scabiem malam ipsam vngē do. Et virtus radicis est que desiccat desiccatōne tē perata. et abstergit abstersione tēperata. Et radix mūdificat et maturat. Itē radix lilii et radix altee mutuo bulita ī aq̄ ī modū pultis cū butiro mixta ī modū emplastri valet potissime ī passionib⁹ pectoris tale emplastrū pectori tepide applicandū erit in asmate vel in tussi sicca pro mollificatione materie flegmatice in pectore vel pulmone peccātis vt eo facilius poterit per viā screatus eā euacuare. Itē radix lilii cū aceto cocta seu assata maxime valet in combustione ignis vel aque calide. Itē oleū lilii valet ad remouēdū tinitū auriū et ad sedandū dolorem auris. Vnde ponatur parua q̄titas talis olei tepefacti in aurē et prodest. Itē radix lilii domestici est bona ad incarnandū oīa vlcera. et mollificat duricies matricis et prouocat menstrua et oleū lilii resoluit sine mordicatōne et mollificat. ideo confert duriciei matricis ipsam matricem vngendo cū vnguento superius dicto de asmate vel de tussi sicca. vel cū radice lilii assata cum oleo lini et butiri fiant pessaria suo modo applicanda et valebit multum. Pandecta. Serapio Platearius.



Lupulus.

Lupulus est calidus et siccus in primo gradu ad frigiditatē declinans. Est autem sedatiuus dolorū calidoꝝ et extingitiuus īflamatōnū et lenitiu' Indiget rectificatione quia aperit orificia venarū propter quod miscendū est ei aliquid ex dragāto aut mastice et rectius quod vigorat eius operationē est aqua casei cum spica et mastice. pandeta. ca. de volubili lupulus educit solutione coleram citrinā et mūdificat sanguinem ab ea et clarificat

ipsū et sedat inflamationē eius · et offert ei iuua
mentū magnū infusio lupuli in aqua casei · Et si-
ropus lupuli remouet ycterīciā et confert in ydro
pisi a causa calida · Isto modo fiat siropus · R · suc
ci lupuli et endiuie et scolopēdrie an · lb · j · florum
violarū et boraginis vuarū passularū an · m · j ·
seminū anisi ordei quatuor seminū frigidorū ma-
iorū an · vnc · s · aceti vini albi · vnc · j · oīm fiat deco
ctio ad cōsumptionē medietatis colatū dulcoretur
cū zucro albo et fiat potus quo vtatur mane et se
ro ut decet · postea sumātur pillule tales R · masse
pillularū de reubarbaro · ℈ · ij · masse pillularū de
fumoterre ℈ · j · diagredii · gra · iij · misce cum siro
po de fumoterre et fiant pillule · ix · Et sumātur tria
sandali vel diarodon albatis pro cōfortatiuis Itē
succus lupuli cū sorbello ordei valet in dolore capi
tis a causa calida et confert etiam calefactioni sto
machi et epatis · Et siropus iā dictus prodest febri-
bus colericis et sanguineis et solutione educit co-
lerā adustam cū facilitate · et aperit opilationes
epatis et splenis et miseraicarū · Item succus lu
puli cū aqua casei vel endiuie multū valet ī ycte
ricia et confert apostemati epatis calidi · Pandecta
capitulo de volubilo ·



Lappaciū acutū · *patele. ou patience. espece d'ozeille*

Lappaciū acutū est calidum et siccū in tercio scdm Plateariū. Et sunt due species scz acutū et rotundū. et acutū qr acuta habet folia et rotundū rotūda habet folia. Cum simpliciter ponitur rotundū intelligitur. Lappaciū acutū valet contra scabiem impetiginem seu serpiginem in modū vnguēti R. succi lappacii acuti. lb. ſ. olei nucū q̄r. j et vnc. ſ. picis bulliantꝫ simul et coletꝫ et colature addatꝫ pulueris sulphuris et tartari aā vnc. ſ. misce et fiat

vnguētū. Itē ad apostemata maturanda recipiatur lappaciū acutū et in oleo coctū et cū axungia porci mixtū. Valet etiā contra duriciē splenis succus lappacii acuti cū storace liquida et armoniaco et aceto conficiatur et dimittatur sic tribus diebꝫ postea fiat decoctio et coletur. et colature addatur cera et oleū quātū sufficit. et fiat vnguētū. Item vinū aut aqua decoctōnis eius et radicū bruſci et spargi soluit opilationē splenis aut epatis Contra scrofulas et nodositates in corpore vel alias excrescentias cutis valēt emplastrū ex radice lappacii acuti et axungia simul tritis. Semen lappacii acuti habet quid stipticum manifeste. ideo succus lappacii acuti et plantaginis confert in dissinteria et diarea. Pandecta ca. de lappacio acuto. Item cōtra stranguriam et dissuriam fiat decoctio lappacii acuti et radicis ireos in vino et bibatur. Et ad idem valet decoctio lapacii acuti et radicis ireos et petrosilini in vino et oleo et pectini superponatᷓ. Idem prouocat vrinam in multa quantitate Contra ydropisim nōie leucofleumancia fiat potus ex succo lappacii acuti lb. j. et vini lb. ſ. fiat decoctio cū vnc. j. esule et radicis ireos vnc. ſ. cū melle despumato. detur pacienti colatura. Platearius



Lactuca.

Lactuca est duplex scz domestica et silvestris Virtus lactuce domestice est frigide et humide cōplexionis temperate. Decoctio lactuce ī aqua et parum aceti confortat apostematibus calidis et erisipile super ea emplastrando. Et lactuca sumpta in via cibi abscindit sitim et abscindit etiam distillatioēz humiditatis sparmatice et confert pollutioni que fit in somno. ad idem valet semen eius in potu sumptum. Ex rebus enim que fiunt

contrarie spermati est semen lactuce quando bibitur cū aqua. Et lactuca est melioris nutrimēti et melioris humoris omnibꝫ oleribꝰ aliis qꝛ ipsa generat sanguinē quēcūqꝫ multū nō malū imo bonū in fine bonitatis Serapio. ca. de lactuca. Et nō reperio aliquā herbā cū q̄ possim curare adeo vigilias sicut cū illa herba. Humor enī qui generatur ex ea est frigidus et humidus Et nō accidit ex ea nocumētū sicut accidit ex aliis oleribus et non restringit ventrem nec laxat eū. qꝛ nō habet stipticitatē nec ponticitatē nec salsedinē nec acuitatē. Et vniuersaliter non est in ea virtus abstersiua vel vētris laxatiua. Itē lactuca emplastrata cū suo succo apostemati calido manifestabitᶻ eius infrigidatio. Item lactuca domestica est bona stomacho et infrigidat ventrē et facit dormire et mulieribꝫ prouocat lac. Et qn̄ ipsa decoquitᶻ in cibis precipue cū carnibus recētibus est boni nutrimēti notātez in corpore p̄ter naturaliter calefacto ideo valet colericis. Et in febre acuta lactuca multū valebit cū parū aceti administrando in cibis cocta vel cruda comesta. Et aqua decoctionis lactuce cū parū zuccri valet cōtra opilationē splenis et epatis et sōnū inducit. Et semen eius cū lacte mulieris et albumine oui super frontem vngendo inducit somnū. Serapio.



Leuisticus

Leuisticus calidus est et siccus in secundo gradu. Semen et radix non herba in medicinis debet poni cum inuenitur in receptis. Virtutem habet diureticam aperiendi extenuādi. Vnde vinum decoctionis leuistici confert contra opilationem spleuis et epatis a causa frigida. Vel aqua decoctionis leuistici valz ad idem a causa calida. Sed melius isto modo dispensabitur potus ad idem cōueniens. R. succi scolopendrie. lb. j. succi absinthei quartā. j.

florū lupulorū borraginis ·seminū leuistici fenicu li petrosilini aā·m·j· vuaꝝ passularū radicū bru sci spargi·reupontici aā· vnc·ſ·liquiricie·ʒij·oīm grosso modo cōtritorū fiat bulitio in aqua lb·ij· cū parū aceti ad consumptionem medietatis cola ture addat² zucri albi quod sufficit pro dulcoratō ne et fiat potus mane et sero sumendus tepide eo modo vt supra in aliis capitulis insinuatum est· Quo potu consumpto sequentes pillule sumant² R·masse pillularū de miserion masse pillulaꝝ de lapide lasuli aā·ʒ·ſ·turbit· ℈·ſ·ʒiʒiberis gra·iij· misce cū siropo de scolopēdria et fiāt pillule· iv· Et pro cōfortatiuis sumatur diapris salmonis vel diacoros vel diacapperis · Et idem potest conferre in febri quartana vicio opilationis splenis proue- niente· Itē vinū decoctionis leuistici et radicis ga lange et cinamomi valet contra dolorem stomachi splenis et intestinorū ex ventositate factū· Itē pul uis seminis leuistici et cinamomi et reupontici et galāge cū zucero albo miscendo in modū tragee de qua tragea detur in cibis et valebit ad idem iam dictum dolorē stomachi intestinoꝝ et splenis pla tearius ·



Lauendula

Lauendula est calide et sicce cōplexionis que sua aromaticitate confortat neruos .et sua calefactione consumit materiam paralisis Isto modo dispē sando siropum . R . florum lauēdule . maiorane sticados arabici . aā . m . s . florum roris marini seminis coriandri preparati . cubebaꝝ seminis rute castorei aā . ʒ . ij . omnium contusorū fiat decoctio in vino et aqua saluie aā . lb . j . ad consumptionē tercie partis coletur et colature addatur zucri albi

quod sufficit et fiat potus sumendus mane et sero tepide pro qualibet vice in quātitate medii ciphi. quo potu consumpto sequentes pillule sumantur. R. masse pillularū cochiarū masse pillularū de hermodactulo aā. ʒ. ß. turbit. ℈. ß. zinziberis gra. iij. misce cū siropo de sticados et fiant pillule. vii. pro confortatiue sumatur electuariū pliris arcoticō vel dianthos vel diacastoriū et cetera. fiat etiā caputpurgiū vel sternutatoriū cōtra predictā discrasiā neruorū vel paralisis. R. pulueris florū vel foliorū lauendule florū roris marini seminis baseliconis et nigelle aā. ʒ. i. piretri zinziberis aā. ʒ. ß. et coquantur in aqua saluie et eius colatura attrahatur per nares et purgabitur inde cerebrū. vel misceantur predicta puluerisata et naribus attrahatur talis puluis erit sternutatoriū pro purgatiōe capitis vel cerebri a quo omnes nerui habēt originem tanquam riuuli ex fonte. Et nucha siue posterior pars colli vngatur cū oleo castorei cui puluis eruce et parū croci et cinamomi misceātur. vel cum oleo lini vel oleo vulpino et confert.



Laureola.

Laureola calida et sicca in quarto. frutex est cui⁹ semen vsui medicine competit. et appellatur coconidium. Et cum reperitur in receptis laureola vel miserion fructus eius .i. coconidiũ intelligit². Virtutem habet purgandi flegma et colerã. Vnde et sanis et egris non multũ febricitãtibz potest dari Et quia nocet epati ideo eius acuitas frangit² cũ aceto in quo humectetur et exsiccetur. Et eius malicia etiam corrigitur cũ succo absinthei vel musci

lagine psilii vel succo portulace. Et sūt due species melius miserion est in quo sūt plurima folia et similia foliis oliue et subtiliora. Et est acutū mundificatiuū et excoriatiuū. Valet ergo succus laureole cū parū aceti cū litargiro et cerusa mixtus ad morfeā et alboras et ad lētigines liniēdo eas Et quādo miscet̄ ei sulpur et administratur valet ad vlcera sordida et ad malā speciē scabiei cū melle miscēdo Itē aqua decoctōnis laureole cū parū aceti valet in dolore dētiū. Itē soluendo educit aquā citrinā et flegma et melācoliā. Infusio foliorū eius vel seminis in aqua absinthei vel fumiterre cū zucro dulcorando valet in ydropisi de frigida causa. Idē valet in difficultate vrine vehementer. Caueas ne des in substātia qz multū molestat corp⁹ humanū. Et pillule de miserion fiunt inde quibus misceātur aliqua grana coconidii q° ad eius pulpā cū parū masticis et soluūt mirabiliter aquā citrinā ī ydropisi. Ad reprimendū eius acumen quia naturā mouet sursū per vomitum et deorsū per viā intestinorū lubricando. Puluis ergo coriādri et seminis plātaginis diu buliātur in oleo et ex tali oleo vngatur pecten et ītestina et renes propter strāguriā et dissuriā. Et oleū decoctionis eius valet ad aures cōtra surditatē. platearius. Serapio. eodem capitulo.



Mellissa.

Mellissa calida et sicca est in secūdo gradu. Viridis et sicca magne est efficacie. exsiccata prius ad so lē postea in vmbra ad annū seruatur. Virtutem habet confortandi cōsumēdi dissoluendi et extergendi. similem habz effectū maiorane. Item decoctio mellisse et artimesie et matricarie ī vino cū parum zucri albi colatum dulcoret᷑ et multū valebit prouocando menstrua et mundificando matricē ad cōceptionē adiuuat. ad idē vz ad fomētādū

matricē cū vino decoctionis melkisse et matricarie et arthimesie. Ad idē similiter valet pessariū ex p̄dictis herbis cōtusis factū cū succo ceparū inūctū Et vinū decoctōnis melkisse et corticis citri et parū cinamomi valet contra sincopim quia multū confortat cor. Auicēna de viribus cordis dū fuerit sincopis a causa frigida. Itē melkissa in vino decocta cū altea et oleo cathaplasmata super dura apostemata maturat ea. Et idē valet cōtra duriciē splenis et epatis qz eā relaxat et resoluit. Idē confert puncture scorpionis vel morsui canis mēbrū lesū emplastrādo. Itē melkissa ore masticata cū parū piretri cōfert dolori dētiū. Et aqua decoctōnis melkisse et seminis plantaginis confert dissintericis si cū aqua pluuiali decoquātur valebit melius Itē vinū decoctionis melkisse et radicis ireos et liquiricie cū parū zucri opitulatur asmaticis et anhelosis Et quando fit emplastrum cū melkissa et p̄mula veris et ebuli et altee cū oleo castorii et camomillarū sedat dolorem iūcturaū scz podagre ciragre. etc. Proprietas melkisse in cibis comeste est letificare cor et facit digeri cibū grossū. aperit opilationes cerebri et remouet accidentia solicitudinis et timoris que accidunt a melancolia et humore adusto. Pandecta eodem capitulo.



Millefoliũ.

Millefoliũ est herba habẽs folia similia foliis feniculi. et plurimis foliis fulcitũ est vnde sumpsit nomen. Et est frigide et sicce complexionis. Vulnera conglutinat eius succus et sine tumore preseruat Succus millefolii cũ decoctione piretri in aceto mixtus cõfert dolori dentiũ a causa calida. Diascorides auctoritate pandecte capitulo eodẽ. Valz etiam succus eius contra vrine diffultatẽ. Et idem valet cõtra calculũ cũ aceto miscendo. Pandecta.


Galienus vii. simpliciũ ca°. de millefolio dicit ꝙ millefoliũ est siccatiue virtutis intantũ vt conso lidet vulnera. Ad ignẽ sacrũ summũ remedium est. Succus millefolii cũ succo semperuiuie cũ aceto mixtus presidiũ prestat magnũ. Et millefoliũ secũdũ Plinium caulis est tener similis feniculo. plurimisq; foliis vnde et nomen accepit. nascitur ĩ palustribus locis. Eius emplastrum factũ cum millefolio et edera terrestri cõtusis cũ parum aceti et cum piretro contrito miscendo et super maxillã applicãdo multum cõfert Et si de eadem mixtura aliquid apponatur denti dolenti valebit eo efficaci⁹ Et fiat emplastrum cũ millefolio et plantagine et vrtica cum aceto et sale miscendo applicando pulsui manuum et pedum ante poxisimum per horã aufert febrẽ perioticã. Confert etiã aqua decoctionis millefolii et plãtaginis et burse pastoris et rosarũ contra fluxum sãguinis. Vel cõtra fluxum quẽcumq; ventris. Vel emplastretur super intestina millefolium contusum cum plantagine et bursa pastoris cum albumine ouorum miscẽdo et super intestina emplastrando. Hoc multum valebit contra fluxum intestinorum.



Malua

Malua est frigida in primo gradu et humida in secundo Cuius duplex est maneries scz domestica que in ortis et fere in omnibus locis reperitur. Et est siluestris que maluauistus et bismalua dicitur. et crescit altius et latiora habet folia et habet viscosam humiditatem que est minus frigida Malua cocta cũ vermiculari et aceto in pricipio applicata apostemati calido confert. Ad maturandũ apostemata folia malue cũ radice altee et farina

fenugreci buliantur cum auxugia porci recenti miscendo et ipsa apostemata indurata emplastrā do et eius duriciē tollet. Itē cōfert ad duriciē sple nis et epatis. Itē fomētū factū quātū ad pedes cū decoctione malue et florū camomillarū et absi thei valet ad somnū prouocandū in febribus acu tis. Itē malua cū mercuriali cocta cū carnibus aut oleribus et comesta soluit ventrē in febribꝫ propter vētris cōstipationē. Itē ad menstrua pro uocāda recipiatur radix malue in modū digiti et aliquantulum radatur exterius et inungatꝛ cū melle et postea aspergatꝛ puluere scāmonie et sup ponatꝛ et certū est remdiū. Item maluauistus si ue altea plus valet in presenti casu q̄ malua. qꝛ magis mollificat et maturat q̄ folia vel radix malue. Etiā sola radix altee cū auxugia porci tri ta posita super apostema maturat eius duriciē et mollificat et relaxat. Vel fiat vnguentū isto modo ℞. succū malueuisti et pulueris farine fenugreci et farine seminis lini cū parū butiri et olei et cere fiat ex illis vnguētū quo vngantur apostemata indurata. Item vnguentū multū prodest in duri cie splenis et contra discrasiā pectoris et cōtra tus sim ex causa frigida. Et valet contra asperitatem pectoris et pulmonis. Serapio.



Menta

Menta calida et sicca est in secundo gradu · cuius plures sunt species · est enim domestica et ortulana dicitur · et hec mediocriter calefacit et confortat · et est alia silvestris que mentastrū dicitur · et hec maiorem habet virtutem calefaciendi · Menta domestica magis competit vsui medicine et viridis et exsiccata est magne efficacie Debet autē exsiccari ī vmbroso loco p anū seruat² ī virtute magna · Virtutē hz dissoluēdi et cōsumēdi et confortādi ex

aromaticitate. Item ad appetitũ prouocãdũ vicio materie frigide et humide peccãtis in ore stomachi fiat salsamentũ ex menta et cinamomo et galan ga et parũ piperis cũ aceto miscendo. Itẽ succus mente ortulane cũ aceto mixtus valet contra feto rẽ oris gingiuarũ et dentiũ os inde abluẽdo. p9ea fricentur dentes cũ menta sicca et eo melius vale bit. Itẽ decoctio mẽte cũ aceto et albumine oui pro dest contra vomitũ applicata ori stomachi prouenientẽ ex debilitate virtutis retẽtiue vel ex frigida causa. Itẽ vinũ decoctõnis mente valet cõtra sinco pim si fuerit sine febre. Cũ febre aũt valet succus mente cũ parũ aceti cũ frusto panis tosti et humectati ĩ succo tali et naribz applicãdo et ĩde fricẽtur labia et lĩgua et gingiue et dentes et tempora. et li getur super pulsatiles venas tẽporũ et brachiorũ et patiẽs etiã masticet mẽtã et hũorositatẽ transgliciat. Ad matricem mundificandã folia mẽte et arthimesie et abrotani in vino et oleo buliãtur et matricem inde fomentãdo. Itẽ mẽta et anetum cocta cũ vino et oleo et superponatur mamillis prodest contra coagulationẽ lactis. Itẽ decoctio duorũ aut triũ manipulorũ mẽte et scabiose in vino et su pponatur intestinis confert cõtra colicã. Itẽ vinũ decoctionis mẽte et scolopẽdrie et absinthei cũ parũ mellis despumati valet contra opilationẽ splenis et epatis et vrinaliũ viarũ ex hũore frigido cãtam



Mellilotum

Mellilotum calidum est et siccum in primo gradu. in ipso est stipticitas pauca cum resolutione propter illud digerit. Et est liquefactiuū superfluitatum. et resolutiuū subtiliatiuū et confortatiuū et sedatiuū doloris isto modo. Recipiantur flores mellilotj et flores lzeuri. i. fores violarū citrinarū et folia altee cū farina semīs lini et farina fenugreci et seminis papaueris cū butiro fiat emplastrum mitigatiuum doloris super apostemata calida applicando. Idem valet ad apostemata

indurata quia mollificat et resoluit. Idem valet ad duriciem splenis et epatis et contra asperitatē pectoris et pulmonis ipsis mēbris ab extra applicando. Item succus mellilotī vel oleū mellilotī distillati in aures confert apostematibꝫ earū et dolorībꝫ. Ex floribꝫ mellilotī et absinthei et maiorane fiat decoctio cū qua decoctione embracetᶻ caput et sedabit sodam. Item decoctio florum mellilotī et farīe fenugreci et furfuris tritici cū aceto et applicata apostēati ani et testiculoꝝ et iuuamētum prestat magnū Auicēna eodē capitulo. Itē mellilotū virtutem habet confortandi sua aromaticitate et diureticam ex subtilitate substancie. Vndē vinū decoctionis eius confortat digestionē ventositatē resoluit opilationē renū et vesice aperit. Semē eius in brodiis et cibis cōmixtū cōfert ad predicta et reddit cibū boni odoris et saporis. Et succꝰ mellilotī cū succo celidōie et parꝫ pulueris viridis eris potissimū est remediū cōtra cancrū et fistulam et emoroidas. Itē suffumigatio camomillaꝝ prouocat mēstrua et facit aborsū. Itē mellilotū coctū ī vino cū mēta et absintheo et emplastratū sup stomachū sedat dolorē eius. Itē flores mellilotī et semen aneti in vino cocta et emplastrata cōfert apostematibꝫ oculorū. Itē si manus alicuius liniātur succo mellilotī fortiter et sine lesione poterit portare ferrū cādens intra manum. Pādecta



Matricaria.

Matricaria idest arthimesia quod idē est ut dicit pandecta capitulo de arthimesia et dicitur etiā alio nomine mater herbarum. Et est eiusdem complexionis et virtutis ut arthimesia existit calida et sicca i tercio gradu cuius folia competunt usui medicine. Et maioris sūt efficacie viridia q̄ exsiccata Item matricaria confert ad conceptionem perficiendam et contra sterilitatem factam ex humiditate. Recipiatur puluis matricarie et mellisse et

rasure eboris cū vino potentur nō parū cōferre habet ad cōceptionē notanter sumatur post fluxum mēstruorū. Etiam mellissa et matricaria cū succo satirionis in vino bulita et emplastrata super matricē vel matrix inde fumigata miro modo cōfert ad conceptionē post purgationē. Prodest etiam si balneetur mulier in aqua vbi cocta sunt arthimesia. mellissa. matricaria. Et pessaria ex his herbis facta scilz cōquassando has tres herbas iā dictas miscēdo cū rasura eboris et imponantur pudendis et confert prouocando mēstrua. Contra tenasmonē ex frigiditate recipiat patiens fumū colifonie posite super carbones deinde calefiat arthimesia super testam addito taxobarbato et his herbis calefactis ponantur super lapidem molarem et sedeat patiens desuper et anū intrabit. istud pro experto habetur. Et valet contra glandulas que nascūtur circa aures et anū. fiat prius circa ea loca scarficatio postea supponat² puluis arthimisie et marubii et prodest.



Maiorana.

Maiorana calida et sicca in tercio gradu virtutem habet confortandi ex aromaticitate dissoluendi et consumendi et mūdificandi ex qualitatibus suis habet etiam virtutem calefactiuam valdē. Et quando sumitur in potu decoctio eius in vino cum cathapucia et ebulo confert ydropicis in principio eius et strangurie. Et quando succus foliorum eius miscetur cum melle et fit linitio cum eo aufert liuorem sanguinis mortui qui est sub oculo

Et q̄n fit nastale vel pessariū cū decoctione maiorane et abrotani cum albo cōtuso prouocat mēstrua. Itē puluis maiorane cū parū zinziberis et piretri naribus inflatus purgat caput et cōfortat Et vinū decoctionis eius stomachū confortat et digestiuā virtutē et infrigidatū stomachū calefacit similiter facit puluis maiorane in cibo assumpt⁹ Et tota herba ipsi⁹ maiorane cū origano calefacta super testam et in saculo posita et dolori stomachi vel intestinorū applicata dolorem ex ventositatibȝ aufert. Capiti etiam superposita prodest cōtra frigidum reuma. Itē fomentū factum ex decoctione maiorane et arthimesie in vino cocta vulue applicando matricē mūdificat et superflua consumit. Itē maiorana cū aceto cōtusa et sale confert puncture scorpionis vel aliorū animaliū venenosorū Item decoctio maiorane cū foliis altee et farina fenugreci et semīs lini in vino in causa frigida vel cum aqua ī causa calida miro modo sedat dolorē apostematū flegmaticoꝝ vel super tortiones lacertorū vel neruorū applicata. Item succus eius cū melle linitus super vestigia facta post ventosationē delet ea ne appareant cicatrices. Itē caputpurgiū factū cū puluere eius vt supra aperit opilationes cerebri ideo valet in epilentia et paralisi et tortura oris et emigrania. i. dolor capitis. Serapio.



Marubium

Marubium · i · prassiũ calidum et siccum in tercio gradu · Uirtutem habet dissoluendi et consumẽdi ex qualitatibus suis · Et amaritudine diureticũ est · dissoluit enim et aperit · Eius potus confert discrasie pectoris et pulmonis ex flegmate viscoso ideo valet contra asma et contra tussim isto modo R · succi marubii · lb · j · ysopi mellisse añ · m · s · ficuum siccar͛ nũero · vii · vuar͛ passularũ · vnc · j · liq̃ricie rasis · ʒ · ij · dragãti ʒ · j · oim̃ cõtusor͛ fiat bulitio


cū lb. j. vini albi ad cōsumptionē tercie partis colatū dulcoretur cū sufficiēti zucro et fiat potus tepidꝰ sumēdus mane et sero pro qualibet vice. vnc. iiij. quo cōsūpto sequentes pillule sumantur. ℞. masse pillularū de agarico. ℈. ij. masse pillularū fetidarū. ℈. j. agarici. ℈. ß. salis gēme gra. j. misce cū siropo de liquiricia et fiāt pillule ix. Altera die sumatur diaprassiū vel diadragātū calidū pro confortatiuis. Et ab extra valet vngere minerā pectoris cū vnguēto dialtee pro maiori mollificatione materie peccātis. Itē sola decoctio prassii et ficuū siccarū in vino valet contra tussim ex frigida causa. et si additur succus liquiricie valebit eo melius. Item vinum decoctionis prassii et seminis feniculi confert strāgurie et dissurie et cōtra colicā passionem. Ipsa herba cum foliis lilii et altee in vino et oleo cocta applicate pectini et intestinis in modum emplastri valz ad idē ex frigida causa. Contra emoroidas inflatas et non vlceratas prodest decoctō prassii et aneti cū vino et aqua salsa et fiat eulzacisma. i. sessio sup ipsas herbas Contra vermes auriū iniiciatur succus eius auribus. Itē vinū decoctionis eius aperit opilatōnes splenis et epatis et mūdificat pectus et pulmonē per screatū et prouocat mēstrua quando bibitur. Serapio.



Mora celsi.

Mora celsi dulcia sunt calida et humida. sed aceto sa sunt ad frigiditatem et humiditatem declinan tia et illa sũt domestica. Et sũt siluestria noīe mo rabaci. et sunt frigide et sicce complexionis et sũt rubea in primis et cũ sunt nigra colligũtᶻ. Dome stica virtutẽ habẽt dissoluẽdi cõsumẽdi et mũdifi cãdi. Cõfert cõtra squinãtiã et cõtra casũ vuule et brancos et vicia fauciũ. Et electuariũ in tali casu


cōueniens diamoron dicitur et fit inde gargaris-
ma. R. succi mori domestici vel diamoron unc. j.
s. aque plantaginis unc. iij. aceti mellis rosarū
aā. unc. s. misce et fiat gargarismus. Valet etiā
loco diamoron decoctio succi mori celsi cū melle de
spumato et seruatur ad lōgū tēpus. Itē succus
etiā de moris dulcibus aliquātulū calefactus et
datus potui soluit vētrē si sit constipatus ex fri-
gida causa. Et vinū decoctionis moro mūdificat
intestina. Succus corticis eius vel vinū decoctio-
nis corticis vel puluis corticis eius cū melle lū-
bricos necat. Cortex mori celsi virtutem habet cō-
sumēdi dissoluēdi et mūdificādi. Mora silvestria
virtutem habēt constringēdi gratia acetositatis.
Itē decoctio foliorū et corticis mori in vino et parū
aceti valet in dolore dentiū os inde abluēdo. Item
emplastrū ex foliis mori celsi et oleo valet ī cōbu-
stione ignis vel aque calide. Item decoctio foliorū
mori et vitis et ficuū ī aqua pluuiali denigrat cā
pillos. Item succus mori acetosi et foliorum eius
confert ad apostema oris et vuule. et est vltimū
ad squinātiā et ꝓfocationem. mor malum est sto
macho. corrūpitur enī in eo. Et oportet vt comedan
tur omnes species eius ante cibum. et post cibum
sumpta corrūpuntur. et colericis nō obsunt. Et mo
rum aliqualiter exsiccatū retinet ventrem et opi-
tulatur dissintericis. Auicenna eodē capitulo.



Mercurialis

Mercurialis calide et sicce complexionis in primo gradu. et est duplex scz masculus et femina que est maior et masculus minor. et habet rotunda semina. pãdecta auctoritate auerrois libro colliget capitulo de mercuriali. Vtraq mercurialis in cibis elixatus et comestus ventrem soluit. Elixatura eius accepta hũores aquosos purgat Vt mercurialis cum bletibus et vuis passulis bulliantur cũ iure carnitũ recentiũ de illo brodio multum sumat

et sufficienter lubricat. Fit etiã ex mercuriali cli-
stere isto modo . R. mercurialis bletis matris vio
laꝝ malue. añ. m. j. folioꝝ sene polipodii añ. unc.
j. decoquãtur in aqua lb. ij. s. ad cõsumptionẽ fe-
re tercie partis coletur colature misceatur cassefi-
stule extracte. unc. j. benedicte laxatiue unc. s. o-
lei violarũ olei aneti añ. unc. j. s. salis gẽme ʒ. s.
misce et fiat euema. i. clistere. Dicitur q folia feie
trita et peruncta vertebro vel succus femine bibi
tus feminas generare facit. Et de foliis masculi
et succo eius simili disciplino factũ masculos ge-
nerare facit. Itẽ mercurialis in capone coctus et
ius caponis decocti acceptũ purgat humores gros
sos et aquosos . et nigrã colerã. Idẽ confert febri
bus temporalibꝫ et tipicis seu interpellatis egri-
tudinibus tremoribus et inflationibus stomachi
et asmaticis et arteticis singulare remedium est
Galienus . vii. simpliciũ caº de linofostida. i. mer
curiali. Utuntur quidẽ omnes eo ad ventris sub
ductiones solũ. Et vinũ decoctionis mercurialis
et calamenti sufficiens diaforeticum est Pandecta
eodem capitulo.



Mandragora

Mandragora est frigida et humida i tercio gradu secundum Auicennā. sed secūdū pādectam est frigida intercio. et est in ea cum hoc caliditas pauca sed in pomis mandragore est humiditas. et propter hanc causam inducūt subet. i. somnū profundū. sed cortex eius radicis est frigidus multum et cum hoc desiccat. Et quādo ex ista radice exhibetur alicui in potu vel in cibo cum pane incidit sumēs eā in subet. i. somnū. et ideo vtuntur cirogici

quando volunt mēbrū incidere. Et si radix in vino decoquatur donec minuitur tercia pars et colatur et reponitur. et si accipit᷑ ex ea quātitas. ʒ. j. et administratur ad nimias vigilias et ad sedandos dolores. Et quando fuerit necesse incidere vel cauterisare aliquod mēbrū et volumus q̄ nō sentiatur detur ei in potu prius. ʒ. j. vel ʒ. j. ſ. succi radicis cū mellicrato facit euomere flegma et colerā sicut elleborus. sed si accipiatur nimiū occidit. Itē quādo cortex supponitur ano sicut suppositoriū facit dormire. Et quādo radix eius elixatur cum ebore sex horis mollificat ipsū et facit ipsum habilē ad faciendū quācūq̄ figurā volueris. Radix vero eius quando fortiter teritur et fit emplastrū cū ea et aceto curat erisipilā. Hoc idem quādo miscetur cum oleo vel mellē confert morsui venenoso. Et quando miscetur succus eius radicis vel decoctio cum vino et sauit ordei valet in sedando dolorē iuncturarū et omnes alios dolores. Pandecta



Nasturciũ ortulanum *cresson alenois.*

Nasturcium domesticũ et agreste. domesticum est
calidum et siccũ ĩ tercio et est similis virtute sina
pis. Est resolutiuũ maturatiuum cum lenitate
Retinet capillos cadentes vinũ decoctionis eius et
linitio succi eius super crines. Emplastrum etiã
ex eo factum cũ succo eius et semperuiua et sale
super carbunculum applicando vel super ignẽ per
sicum cõfert. Etiam succus nasturcii cum melle
mixtus valz ad scabiem vlcerosã. Prodest etiam

in doloribz iuncturarũ Vinũ decoctõnis eius Et em plastrũ ex eo factũ cũ aceto et sauich de ordeo illud cõfert omni mollificationi neruorũ. Vinũ etiã decoctionis eius cũ succo preos Vel puluere preos mũdificat pectus et pulmonẽ ideo Valet ĩ asmate propter illud quod est in eo de inscisione et subtiliatione. Et Vinũ decoctõnis eius calefacit stomachũ et epar et confert grossiciei splenis. Et emplastrũ ex eo et melle factũ spleni Valet. Et quãdo bibitur succus eius cũ succo atriplicis et parũ aceti facit Vomere colerã rubeã et educit eã. Itẽ Vsus eius augmẽtũ facit ĩ coitu sumẽdo in salato cũ baucia et cum radice pringi. Item succus eius cũ succo absinthei educit solutione Vermes et prouocat mẽstrua et eicit fetũ. Et Vinũ decoctiõis nasturcii soluit Vẽtositates et cõfert colice passioni. Et succus eius cõfert puncture Venenosorũ animaliũ bibit' et more emplastri suppositus cũ melle. Et quãdo ex eo suffumigatur domus effugat ea. Auicenna Contra strãguriã herba ipsa decocta ĩ Vino et oleo posita super pectinem prodest. Valet etiam tenasmoni puluis nasturcii et cimini et colofonie Item semen eius masticatũ Valet ĩ paralisi lingue. Itẽ puluis seminis eius naribus inflatus Valet contra frigiditatẽ et humiditatẽ cerebri.



Nasturciū aquaticū

Nasturciū aquaticū · id est senacion calidū in primo et siccum in secundo gradu · pandecta · sed secū dū platearium est calidum et siccū in tercio · Nasturciū coctum cum carnibus addēdo melkissam mūdificat pectus et pulmonem a frigidis humorib3 Itē olera facta ex nasturcio aquatico et petrosilino et aneto valet contra colicam et yliacam passiones · Et fomentum factum ex eisdem herbis cū vino coctis super intestina


applicando valet ad easdem passiones Semen nasturcii aquatici stringit ventrem qui fluit propter caliditatem quando bibitur decoctio eius in aqua pluuiali vel sumitur cum succo citoniorū et ipm confortat membra. Semen nasturcii aquatici crudum comestum vel mixtum cū semine apii petrosilini cum brodio carnium recentiū sumendo valz contra calculum et vrinam prouocat et menstruis imperat. Et dissintericis prodest decoctio semis cū aqua plantaginis. Item fomētum factum ex aqua salsa et oleo decoctiōis nasturcii aquatici valet ad dolorem yliacum. et valz ad stranguriam et dissuriam nasturciū cū vino coctū et cū marubio cataplasmatum super pectinem magnū prestat presidiū. Et illa herba potest crude sumi in salato cum foliis feniculi et petrosilini cum lactuca et borragine cū parum aceti et salis et parum olei oliue fit inde bonū salatum conueniēs in prouocādo vrinam calculum eiciendo et mēstrua prouocat et fetum expellit etiam quando se sola comeditur. Et valet vlceribus intestinorū Serapio eodē capi.



Nigella.

Nigella calida est et sicca in tertio. Virtus existit in semine. Virtutem habet diureticam ex amaritudine dissoluendi consumēdi ex qualitatibꝫ suis. Item emplastrum factum ex farina seminis nigelle cum succo absinthei circa vmbilicum applicatum pueris lūbricos necat. Vnguētū cōtra scabiem fiat decoctio pulueris nigelle in magna quātitate cū sulphure ī forti aceto ad aliqualē spissitudiē: z addito oleo fiat inde vnguētū bonū ad scabiē

et empetiginē. Et ad lentiginē faciei valet farina seminis nigelle et ceruse cū aceto cōfecta. Et oleū amigdalarū amarā decoctionis farine seminis nigelle instillatus auribus vermes auriū necat Itē vinū decoctionis nigelle et seminis nasturcii. et seminis aneti. et seminis petrosilini confert contra stranguriā et dissuriā et yliacā passiones. Et nigella in mīma quātitate sūpta necat. Pādecta. sed in magna quātitate cū vino et oleo cocta et in sacculo applicata pectini et renibus valet ad predicta. Urina decoctionis farine nigelle et succi vermicularis curat carbūculū cū aceto coquēdo. Et farina seminis nigelle cū aceto cocta miscēdo parpiretri et in ore retētū mitigat dolorē dentiū. Et vinū decoctionis nigelle et arthimesie pluribus diebus potatū mēstruis imperat. Urinā prouocat et lac deponit. quia desiccat nimis Et pigues et glutinosos humores digerit. Et caputpurgiū factum cū puluere eius et puluere radicis yreos naribus inflādo confert ne aqua descendat ad oculos. Et proprietas eius est que aufert febrē flegmaticam et melācolicā. Et cōfert morsui serpētū. Pādecta.



Nenufar

Nenufar frigida et humida in secundo gradu. Et est duplex quedã defert album florẽ que est melior. et est croceũ florem producẽs quod nõ est adeo bonum. Et flos eius vsui medicine competit. Et ex floribus fit siropus contra febrem acutam et epatis calorem. flores nenufaris et flores violarũ et semen endiuie et semen lactuce et portulace et semina quatuor frigida que omnia decoquantur in aqua et parum aceti et

colature addat² zucrũ sufficiẽs et fiat siropus cõ ueniens predictis discrasiis. Contra dolorẽ capitis ex calore recipiantur flores nenufaris et ĩfundãtur ĩ aqua simplici per noctẽ. mane talis aqua bibatur. Et flores etiã naribꝫ applicentur et ualebit. Idem confert aduersus instãtiã uigiliarũ q² somnũ inducit. Et eius oleũ sedat dolorẽ capitis uel aliorũ mẽbroꝝ proueniẽtem uicio caloris. Et flores eius cocti cũ floribus lilii ĩ aceto stomacho emplastrãdo eius dolorem mitigat. Et aqua decoctionis florũ nenufaris bibita uesice dolorem mitigat Et succus florum eius cum cerusa miscendo maculas corporis detergit. Et addita pice alopiciam emendat. Et tumorem testiculorum tollũt flores nenufaris et rosaꝝ cocti ĩ aceto cũ farina tritici testibus applicãdo sine dubio multum prodest Semen etiã eius assidue bibitũ id facere nouit. Item radix nenufaris et semen eius uirtutẽ habent desiccatiuã sine mordicatione. ideo reuma uẽtris reprimit. Semen uero eiꝫ in potu datum spermatis fluxũ reprimit si plus a ratione fluat et est multutum cordialis Auicẽna de uiribus cordis. Uinum decoctõnis radicis eius et corticis tamaristi ualet apostematibus splenis. Auicenna.



Origanum

origan.

Origanum calidum est et siccum in tercio gradu. Cuiꝰ duplex est species scꝫ origanū siluestre quod latiora habet folia et fortius operatꝫ. Aliud est do mesticum quod in ortis reperitur et minora habꝫ folia et suauius operatur. et istud ī medicinis po nendum est. Virtutem habet dissoluendi cōsumē di attrahēdi relaxndi. folia origani cum floribus et maiorana in sacculo posita et super testam cale facta sine liquore capiti applicetur sacculus con fert cōtra frigidū reuma caput cooperiatꝫ ut sudet

Vinū decoctionis illarū herbaꝝ cū olibano mixtū et gargarismatū gingiuarū et faucium cōsumit humiditates. Et puluis origani cū zinzibere et parū salis cōmunis vsti positus super vuulā inflatā ex humiditate cōsumit eā. Contra frigidū reuma vtimur vino decoctionis eius et ficuū siccarū. Et vinū decoctionis eius cōfortat digestionē cū puluere galāge miscendo. Dolorē stomachi et ītestinorū ex vētositate excludit. Et ipsa herba cū nasturcio ortulano ī vino cocta et supposita renibus strāguriā soluit. Idē confert tenasmoni ex frigida cā cum anus fuerit extra suū situm ipsā decoctionē herbarū ano applicādo et fiat eucracisma. Itē idē orificio vulue applicatum cum oleo mixtū duriciem matricis soluit. Et fomentū factū ex aqua decoctionis eius et artimesie matricem mundificat et mēstrua prouocat. Serapio. Et virtus ambaꝝ herbarum est calida et prouocant vrinam. Et q̄n bibitur decoctio earū lauat ventrē et facit descendere superfluitates colericas. Et quando sumitur in potu cum aceto cōfert spleneticis et potui venenoso. Serapio eodem capitulo.



Piretrum

pied D'Alexandre.

Piretrum est calidum et siccum i tercio. Auicenna melius est quod est acutum et est mordicatiuum lingue. Et radix piretri pontur in medicinis. Nota quod acutum piretrum primo cum masticatur nō percipitur sed debet aliquantulum masticari et teneri in ore. habet autem virtutem dissoluendi attrahendi et consumendi. gargarismus cum aceto et vino decoctionis radicis piretri et zinziberis et ficuum siccarum cerebrum a superfluitate

flegmatica mundificat et humiditatē due consu mit. Idē facit radix piretri sola masticata. Et inter dentes radix eius masticata tollit dolorē dentium. Et masticatū paralisim lingue aufert. Et radix piretri cōtusa cum herba paralisi in vino et oleo cocta emplastrata loco paralitico et arthetico et podagrico multū confert Itē radix piretri trita cum vino et succo herbe paralisis cocta ad spissitu dinē cui addatur oleū et cera quod sufficit et fiat vnguetum valens ad p̄dicta optimū Platearius Et virtus radicis piretri est adustiua. Et prouocat sudorem decoctio radicis piretri puluerisati et succi calamenti cū vino et oleo quo vngatur corp⁹ Fricatio facta ex decoctione radicis piretri in vino et oleo confert mollificationi neruorū antique et stupori neruorū. Et prohibet generationē alcuset. i. spasmi ī cruribꝫ aut aliis mēbris. Et vehemē ter aperit opilationes calotorii et constrictioni nariū. Et eius decoctio in vino confert dolori dentiū ex frigida causa Et acetum decoctionis eius confirmat dentes motos si teneatur in ore. Et quādo fricatur cum eo et oleo corpus ante poxismum rigoris confert rigori febris.



Pionia.

Pionia calida et sicca est in secundo gradu. Cuius radix in medicinis ponitur cum reperitur in receptis. Eligenda est que nigra existit et continua nõ perforata. et in hyeme colligitur per annũ seruat^{z} Virtutem habet occultã contra epilentiam. et suspensa collo preseruat ab epilentia. testante galieno de quodam puero cuius collo talis radix appẽsa erat et non patiebat^{z}. radice enim subtracta statim patiebatur epilentiam. Ad idẽ valet puluis


pionie datus cū vino decoctionis pionie vel arthi-
mesie. Et puluis eius cū vino decoctionis castorei
confert aduersus paralisim. Contra strāguriā et
dissuriā valet vinū decoctionis pulueris radicis
pionie. Ad matricē mūdificandā fiat fumigiū vel
fomētū ex aqua decoctionis pulueris radicis pio
nie et arthimesie. Cōtra tenasmonem decoctio pul
ueris radicis eius et taxi barbati fiat sessio super
talē decoctionē et confert. Eius decoctio cū cerusa
in aqua valet abstergendo vestigia nigra in cute
Suffumigatio facta cum semine pionie confert de
moniacis et epilenticis et sanat eos. Et similiter
vinū decoctionis florū vel seminū eius cū melle
rosarū et bibatur confert ad idem vehemēter Aui
cenna autē dicit pioniā romanā talē efficaciā ha
bere cōtra discrasias predictas. sed illa que penes
nos in almania reperitur nō habet magnū effectū.
Et si bibantur. xv. grana de semine pionie in vino
aut mellicrato conferūt incubo valde. Et semen
eius cōfortat stomachum et sedat eius dolores et
mordicationē. Et aqua decoctionis eius valet in
ytericia et aperit opilationes epatis et prouocat
menstrua et vrinam. Auicenna eodem capitulo.



Petrosilinum. *ache.*

Petrosilinum est calidum et siccum in secundo. cuius duplex est maneries scilicz domesticū et agreste. quorū precipue semina competunt ī medicinis Et cum ī receptis reperitur petrosilinum semen intelligitur ipsius domestici. semina per annum seruantur. Virtutem habet diureticam. Ex feniculo et petrosilino et nasturcio aquatico et boragine et lactuca potest fieri competēs salatum cum aceto et parum olei oliue et parum salis.

Fit etiã inde salsamẽtũ cõtra calidas discrasias corporis humani. Herba ipsa in cibis posita digestionẽ cõfortat et ventositates excludit. Itẽ succ⁹ petrosilini clarificatus mixtus cũ puluere tuthie preparate in aqua rosarũ fit inde colirium pro oculis. Itẽ semen petrosilini cũ semine feniculi et apii in cibis comesta confert calculosis. Vel ista semina puluerisata mixta cũ saxifraga cũ zucro albo miscendo in modũ tragee valet ad idẽ. Itẽ radices petrosilini sunt dure digestiõis ergo potius cõfert eius brodiũ. Itẽ petrosilinũ damus in opilatione splenis et epatis cũ scolopẽdria et leuistico in cibis sumẽdo. Similiter valet vinũ decoctõis illarum herbarum contra eãdẽ discrasiam. Decoctio illarũ herbarũ confert in colica et stranguria qz digerit et resoluit. Decoctio etiam seminis petrosilini et feniculi et scolopendrie in aqua absinthei cuius colatura cum zucro mixta confert yctericie vicio opilationis p̃cipue splenis. Itẽ virtus etiã totius herbe est prouocatiua vrine et menstrui et est cõueniens inflationibus stomachi et intestinorum Serapio.



Polipodium. *polipodes*

Polipodium calidum est in secūdo siccum in tercio gradu. Virt⁹ est ī radice que ī sapore dulcis est et nodosa. et quod nascit᷑ sup radices q̄rc⁹ ē efficaci⁹ Est resolutiuum ventositatum et humiditatū et in decoctione polipodii debet poni aliquid exclusiuū ventositatis vt est anisum et semen feniculi et cimini. quia polipodium resoluit humores in ventositates. Virtutem etiam habet polipodium dissoluendi attrahendi et purgandi principaliter.

flegma et melancoliā secūdario. Unde competenter ponitur in decoctione flegma et melācoliā purgante. Et flegmaticis et melācolicis sanis datur ad preseruationē. Cōtra febrē quotidianā et quartanā et dolorē arteticū et contra dolorē colice et yliace passionū conferre habet. Et talis est usus. R. foliorū sene. radicis polipodii et radicis esule. aā. unc. s. seminū feniculi petrosilini leuistici. aā. ℥. ii uuarū passularū. florū uiolarū. boraginis. aā. m. s. liquiricie. ℥. j. oīm contusorū fiat decoctio ī aqua et uino aā. lb. j. s. ad cōsumptionem fere medietatis coletur et colatura dulcoretur cū sufficienti zucro quod sufficit et fiat potus et utatur eo modo ut supra. quo cōsumpto sequētes pillule sumātur. R. masse pillularū fetidarum masse pillularū de lapide lazuli. aā. ℥. s. turbit. ℈. s. diagredii. grana. iii. zinziberis masticis aā. gra. j. misce cū siropo acetoso cōposito. et fiāt pillule vii. aut ix. R diagalange vel diacoros pro cōfortatiuis. Item radix polipodii. cū parum aneti decoquatur in pullo cū aliis speciebus odoriferis et delicatis hominibus multum opitulatur. Contra arthetica buliatur radix eius cū semine feniculi et hermodatuli puluerisatum in aqua et multum confert Auicēna.



Paritaria. *parietaire.*

Paritaria calida est et sicca in tercio gradu. Uiridis magne est efficacie. exsiccata vero nullius virtutem habet dissoluendi consumendi. diaforetica est et extenuatiua ventositatum. Uinum decoctionis paritarie et absinthei cum parum zucri cōfert contra frigiditatem stomachi et intestinorum et dolorē eorundē ex frigiditate et vētositate. Idem valet contra stranguriam et dissuriam et yliacā passionē. Paritaria calefacta in testa sine aliquo

liquore superponatur loco patienti. Vel etiam in vino decocta cum semine anisi super locum dolorosū tepide applicatum miro modo dolorem mitigat et resoluit. Ipā etiam paritaria sola decocta cum carnibus et comesta confert dolori stomachi et intestinorū ex frigiditate vel ventositate. Plures moderni homines faciūt tortas ex ouis et foliis paritarie contra p̄dicta accidentia et confert. Cathaplasma etiam factū ex paritaria et aqua salsa et oleo mutuo cocta et pectini apposita valet cōtra stranguriam et dissuriam et cᷓ. Semen etiā cathaplasmatibus exhibitū ignē sacrū extinguit miscēdo cum succo semperuiue et etiam cōbustionibꝫ medicatur. Tumores omnes cōpescit cū aceto et furfuribus tritici cocta. Et pustulas emēdat eius succus cū oleo mixtus. Succus paritarie cū cerusa et aceto mixtus ignē sacrū extingit et herpostimenū si inde vngātur. Et podagricis medicatur succus eius cū vino et par croci mixtus. Et succus folioꝝ eius cū succo liquiricie in potu acceptus tussientibus antiquis opitulatur. Et succus eius cū oleo rosarū mixtus dolorem auriū mitigat. Succus etiā eius tumores faucium loco gargarismi compescit. Pandecta.



Portulaca. *pourpier*

Portulaca infrigidat in tercio et humectat in secũ do gradu. Virtutem habet liniendi et humectandi et infrigidãdi. Opti⁹ cib⁹ est febricitãtibz & colera et colericis. Similiter sanis etiã cruda vel cocta confert. Valet etiam ad calorem interiorum mem brorũ. Confert etiã cõtra constipationem ventris aqua decoctionis portulace et lactuce et prunorũ et vuarum passularum. Idem valet ad infrigi-dandũ calorẽ febrilẽ. Valz etiã cõtra strãguriã et

dissuriã tũc operat² cõstrictionẽ vẽtris Uia enĩ i-
q̃tũ vrinã prouocãt ĩtantũ ventrẽ cõstipant. pla
tearius. Sed portulaca cũ cõueniẽter apponit² cõ
strictionẽ vẽtris prohibet. humectat enim et rela
xat. Confert etiã cõtra ragadias. i. scissuras la-
biorũ et ad vlcera eorꝝ. Radices portulace cõburã
tur in vase eneo et fiat puluis cõfectus cũ melle
et labia inde vngãtur. hoc idem ragadias leproso
rũ palleat. Confert etiã portulaca contrita cũ ace-
to cõtra apostẽata calida in pricipio ipsis apposita
Et succus portulace et etiã tota herba si comedat²
cõuenit vlceribus intestinoꝝ qꝛ linit ipsa. Et cõue-
nit fluxui matricis ĩmoderato. et succus eius est
fortior in hoc. Et portulace vsus nimius debilitat
visũ et infrigidat corpus et prohibet vomitũ cole-
ricũ et aufert libidinẽ Item portulaca masticata
cũ parũ aceti fluxũ sãguinis prohibet nariũ. Uel
etiam comesta ardorem stomachi tollit victo cole-
re propterea causonicis plus aliis febribꝫ prodest
super stomachũ etiã amplastrata cũ par aceti mi
scendo idem facit. Stuporem etiã dentiũ sanat ma
sticata. Et quãdoqꝫ stiptica est in sapore tũc valet
dissintericis in cibis sumpta. Et qñ fricantur veru
ce cũ ea eradicat eas proprietate sua nõ qualitate
Eius succus sedat sodam calidam. Et cõfert etiã
doloribꝫ renũ et vesice et eorũ vlceribus. Et ipsa
retinet fluxũ menstruoũ et valet vlceribꝫ matri
cis Et aq̃ eius vꝫ emoroidibꝫ sãguis Pandecta.



Polegium · *pouliot*

Polegium est herba multum odorifera · Est autē secundum platearium calidum et siccū in tercio gradu · Cuius virtus consistit in foliis et floribz et debet colligi quando est inflore · Et est duplex scz domesticum et agreste · Et vtrumqꝫ est multū vtile et medicinale · Virtutem enim habet dissoluēdi et cōfortādi Et reuma frigidū cōstrīgēdi et desiccādi et matricē mūdificādi et coartandi vētris vuluā · habz etiā virtutē educēdi mēstrua et frāgēdi

calculũ et cōfortandi stomachũ. In eo etiã est virtus excitandi appetitũ et extenuandi ventositatē Et eius virtus mirabilis est mitigandi dolorem iteriorũ membrorũ scilꝫ intestinorũ. Et eius vsus multum facit ad conceptum ut dicit Plinius Itē polegiũ impoitũ sacculo super testã calefactũ sine liquore aliquo et sacculus adeo calidus applicetur capiti valet contra reuma frigidũ. et si maiorana apponitur cum sticados arabico erit eo efficacius Et gargarismus factus ex aceto decoctionis polegii et ficuũ siccarnm valet contra frigidã tussim ex cōglutinoso humore vel etiã aquoso. Itē aqua eius cum thucia mixtus valet contra dolorē oculorũ. Et fomētatio eius super aures sedat dolorē earũ. Et vinum decoctionis polegii et mente valet cōtra dolorē stomachi et intestinorũ ex frigida causa vel ventositate. Torte etiam facte ex polegio et menta cũ ouis conferũt ad idem. Emplastrum etiã factũ ex polegio et menta cum vino stomacho applicatũ prodest ad idem. Fomentũ etiam factũ ex decoctione polegii et arthimesie humiditates superfluas matricis desiccat et vuluã coartat. et hodierno die plures mulieres tali fomēto vtuntur Et decoctio polegii et seminis feniculi et anisi in vino et oleo et pectini emplastretur. prodest contra stranguriã et dissuriam. Platearius.



porreau

Porrum.

Porrum aliud est domesticum aliud siluestre cali dum in tercio siccū in secundo gradu. Et siluestre est calidius et siccius propter illud est deteri⁹. Porrum nocet stomacho causans inflationem ac ventositatem. et cum sui acumine neruos mordet. facit enim fumos melācolicos exalare ad caput obfuscando visū. Et eius vsus causat somnia terribilia. Unde caueant ab eo colerici et melācolici seu inaniati et opilationē ī capite habētes volētes ca

comedere capiant postea lactucã endiuiã et similia vt caloꝛ temperetur. aut poꝛrũ crudũ bene lotũ e lixetur cũ lactuca ita mũdificat humoꝛẽ grossũ a pulmone. et opilationẽ epatis et splenis aperit. Et poꝛrũ cũ aceto et succo plantaginis naribus ap plicatũ stringit sanguinẽ earũ. Itẽ poꝛrũ crudũ contusũ super moꝛsũ serpẽtis confert. Itẽ succus poꝛri cũ parum mellis sanat vulnera. Et succus poꝛri cũ succo radicũ lilii soluit lũboꝛũ doloꝛẽ Itẽ poꝛrũ crudũ cũ caulibus cõestũ valet cõtra ĩebri etatẽ et stimulat ad coitũ. Et poꝛrũ solo suo odoꝛe fugat serpẽtes et scoꝛpiones. Confert etiã ad dolo rem dentiũ cũ piretro et succo poꝛri dentibus appli cando et interficit vermes eaꝝ. Sed vsus eius sto machũ grauat. sitim prouocat sanguinẽ incendit si ex eo nimiũ comedatꝛ. Et semen poꝛri et allei in potu mixta facit stringere sãguinẽ ex pectoꝛe. Itẽ succus eius cũ sumatꝛ confert verucis Et succus cũ sale mixtus confert vlceribus fraudulentis. Et poꝛrũ siluestre vlcerat coꝛpus. Et eius comes tio causat sodã. et prouocat vrinã et mẽstrua. et ambo nocent vesice et renibus vlceratis. Et con fert emoꝛoidibus coctũ et moꝛe emplastri superpo sitũ. Et eius vsus cõmouet ad coitũ. et similiter eius semen toꝛrifactũ. Et folia eiꝰ cũ granis mir ti valet contra tenasmonẽ. Et poꝛrũ cũ oleo amig dalarũ coctũ valet in colica. Auicenna.



Pentaffilon · *quintefeuille*

Pentaffilon grece quinqꝫ folium latine· Eius radix siccatiua in tercio gradu minime vero caliditate manifesta participat Elixatura eius cum edera terrestri dolorem dentium mitigat ore retenta· Et ex decoctione eius et piretri et parum mellis fit gargarismus qui putredinem oris tollit· Et decoctio eiꝰ cum plantagine ventrem stringit· Dissintericis necesse adhibetur· Artheticis et sciaticis prestat effectum ·Elixatura eius cum aceto


et cathaplasmata herpestimonõ confert et ignē sacrū extīgit cū succo sēperuiue miscendo. et ad apostēata et pannericiū apposita ad sanitatē perducit scabiē soluit. Succus radicis eius causas epatis et pulmonis saluat. Et potionibus venenatis occurrit. Decoctio foliorū eius cū vino cū foliis sene addito pipere quartanariis remediū est. Et ab epilenticis accepta triginta diebus prestat effectum. Succus etiā foliorū eius ycter icis presidiū cōfert Et fistulis succus eius ī missus prestat sanitatē. Pandecta. Itē decoctio radicis eius .i. cū aceto valet ad vlcera deābulātia. Idē confert erisipilis et pānericio et scabiei et doloribus iūcturarū. Idē confert ad alcolam .i. apostema oris. Et vinū decoctionis foliorū eius valet ad epilētiā decē diebus in potu exhibitum. Succus etiam radicis cōfert ad consolidādū vlcera intestinorū et emoroidarū. Auicenna. Et si succus eius ore teneatur omnes oris curat passiones. Et si quis secū deferat opus dat et auxilium. Amplius si quis vult a rege seu principe aliquid impetrare copiā dat eloquentie si secū ipsam herbam deferat et obtinebit. Quod Albertus dicit libro secretorū de virtutibus herbarum



Pipinella *pinpenelle*

Pipinella est herba similis saxifrage. non differens nisi in pilositate. quia pipinella est pilosa sed saxifraga nõ habet pillos. Unde versus. Pipinella pilos saxifraga non habet illos. Et est calide et sicce complexionis. Virtutem habet diureticam et virtutem dissoluendi. lapidem frangit in renibus et vesica. Confert etiam cõtra stranguriã et dissuriã Ad hec oĩa valet vinũ decoctionis pipinelle et saxifrage et milii solis cũ radice petrosilii et spargi.

Hec eadē decoctio multum prodest in colica et yliaca passionibus. Similiter prestat auxiliū cōtra opilationē splenis et epatis. Vel detur sequēs pot' qui maioris erit efficacie aduersus easdē egritudines predictas. R. pipinelle saxifrage scabiose cathapucie añ. m. j. flo℞ viola℞ et boraginis vuapassularū añ. vnc. s. seminū petrosilini milii solis anisi liquiricie radicū spargi et thamaristi añ. ʒ. ij. folio℞ sene vnc. s. zinziberis. ʒ. s. omīa cōtundantur grosso modo et bulianť in lb. ij. aque ad consumptionem tercie partis coletur et colatum dulcoreť cum sufficienti zucro et fiat potus mane et sero tepide sumendus pro qualibet vice in quātitate medii ciphi. quo potu consūpto sequētes pillule citra mediū noctis exhibeantur R. masse pillularū fetidarū masse pillularū aggregatiuarū. añ. ʒ. s. pulpe granorum coconidii numero. vii. misce malaxando cum siropo aut potu superiori. et fiat pillule ix. Postea dentur diaciminum vel electuarium ducis pro confortatiuis. Et vngant' regiones splenis vel intestinorū vel renū cū vnguento dialtee vbi dolor expostulat et sūmū erit remediū



Papauer · pavot ·

Papauer frigidum et siccū in secundo scz albū · sed papauer nigrū est frigidum in tercio Auicēna · Semen papaueris medicine competit notanter albū Et semen papaueris nigri non debet dari quia magis mortificat · Virtutem habet inducēdi somnū · fiat emplastrum ex semine papauerif et lacte mulieris et albuminis oui circa tēpora · Et quidam dāt pueris pulueres papaueris albi cū lacte vt eo melius dormiant · Et semen papaueris vel ipsa herba trita cum oleo rosarum et superponatur

apostemati calido in pricipio. et similiter valet cōtra calefactionē epatis. Et oleū violaţ ū cū seie papaueris albi cōficiat² et inde spina dorsi vngat² febricitātibȝ. ideo valet contra siccitatē mēbroꝛū vt in ethica et in aliis febribus. Itē cōtra siccitatē pectoris et cōsūptionē mēbroꝛū confert diapapauer. vel cōficiat² electuariū ex succo liquiricie gūmi arabici dragāti anisi et seīs papaueris albi iuxta q̄titatē alioꝝ et cōficiat² cū siropo de papaurere et fiat electuariū quod valet tabefactis et exsiccatis seu ethicis ut supra. Item si caput lauetur cū decoctōe seīs papaueris et radicis eius īducit sōnū ī febribus acutis in quibus instantia vigiliarū assistit. Itē ex succo papaueris marini fit opiū quod est frigidū in quarto gradu. et siccū in tercio. Itē oīa papauera in figura folioꝝ cōueniūt sȝ differūt in floribȝ. qꝛ aliquod papauer scȝ albū habȝ floꝛē albū. Et papauer nigrū habet floꝛē nigrū et papauer rubeum habet floꝛem rubeum. et papauer coꝛnutum gerit floꝛem glaucū. Et oīa papauera producūt semē nigrū p̄ter papauer albū quod hȝ semē albū. Et ex succo papaueris nigri fit opium foꝛte. Itē elixatura papaueris in cibis somnū īducit. Et folia papaueris cū aceto exhibita tumoꝛem tollūt et ignē sacrū extingunt. Et maxīe doloꝛem auferūt ab extra applicādo. Et tussim mitigat et fluxū ventris abscindit. et si nimiū bibit² litargicos facit et occidit. Doloꝛē capitis aut auriū cum croco mixtū sedat. Pandecta.



Populus · peuplier.

Populus est arbor cuius complexio est composita
ex substantia aquea et terrea subtili· propter hoc
accidit q eius virtus est composita Et vinū decocti
onis corticis eius confert sciatice et distillatiōi vri
ne· Et dicitur q prohibet conceptionem quando bi-
bitur de radice eius ·Et dicitur quando potatur de
foliis populi idem facit post mundificationē men-
struorū· Et succus foliorum populi quando distil
latur in aurem tepide confert doloribz eius· Itē ab

ista arbore fluit resina. et hec resina a diascoride et ab aliis iudicatur medicinalis et sãguinē strīgit sudores et alios fluxus noxios compescit. Ex eis quidē sūmitatibꝫ āte productionē foliorū solet fieri vnguētū frigidū opilatiuū et caloris mitigatiuū et sōni prouocatiuū. Et hoc vnguētū a medicis appellatᷣ vnguētū populion et in multis causis necessariū iudicatᷣ. Et hoc vnguētū dicitᷣ populion quia fit de oculis populi. Valet contra calorē febrilē acutū. Et valet his qui dormire nequeūt vnctis tēporibus et pulsibus et plantis manuū et pedum. hoc idem vnguētū cū oleo rosarū vel violarū mixtū et super epar inunctū calorē mirabiliter tollit. et super vmbilicū vnctū sudorem prouocat. Et tale vnguētū fit isto modo. R. oculorū populi lb. j. folioꝝ papaueris nigri. foliorū mandragore. foliorū iusquiami solatri vermicularis lactuce semperuiue aā. vnc. s. oīa contūdantᷣ et bulliantur cum vino ad vini consumptionem. postea comprimatᷣ per pānū forti compressione cui colato adde auxugie nouelle porcine sine sale quantum sufficit et moueatᷣ in patella iuxta ignē in modū vnguenti et in vase recondē Nicolaus in antidotario suo. Serapio.



Pastinaca siluestris. panets sauvage.

Pastinaca siluestris .i. daucus asinin⁹ .eiu⁹ virt⁹
calefacit et absterstit. prouocat vrinam et mēstru
a tota herba facit hoc maxime vero semē et radix
Sed quando ex foliis eius fit emplastrum supra
vlcera que incipiunt corrodi cum plantagine con-
uenit ne amplientur. Item quando fit fomentatō
cum folits pastinace siluestris et arthimesie cum
vino prouocat menstrua. Et post talem purgatio
nem bibatur de vino decoctionis seminis

pastinace cū rasura eboris facit ad conceptionem. Vinum etiam decoctionis pastinace siluestris et seminis petrosilini et feniculi confert strangurie. Et valet eius decoctio foliorum pastinace cum foliis altee et radicis lilii cū butiro in patella impastando ī modum emplastri mineram pectoris vngendo quod valet ī pleuresi. Et radix pastinace siluestris in cibis sumpta ad coitum excitat non fortiter et prouocat vrinā. sed pastinaca siluestris minus valet in cibis. Domestica vero pastinaca nomine baucia cōuenientior est in cibo que multum inflatiua est ideo aliquid ventositatis habet et libidinositatis. Semē ergo pastinace domestice id est baucie incitatiuū est ad coitum. Pastinaca vero agrestis non adeo est inflatiua ideo diuretica est et menstruorum commotiua. Herba etiam est formacum diaforeticum exterius positum cum vino cocta addito calamento. Est tamen herba debilior in omnibus respectu seminis propter admixtionē aquose hūiditatis. Pastinaca vero siluestris fortior est ad omnia. Vrinas autem mouet et mēstrua prouocat et tota quidam herba et maxime semen et radix. Quidā autē pastinacā siluestrē vocant daucū siluestrem. Pandecta. Radix pastinace appensa collo vz ad tumorē eius. Etiam serpens nō potest nocere deferenti radicem. Macer.



Pastinaca

Pastinaca domestica · i · baucia calida est in medio secundi · et humida in principio eiusdem · Et est duplex eius maneries scz domestica et agrestis · Alio nomine pastinaca domestica baucia appellatur · Esui plus competit talis pastinaca q̃ medicine · Virtutem habet generandi sanguinem multum et spissum · Unde auget libidinem conualescentibus et melancolicis valet cruda vel cocta comesta · Et viridis maioris est efficacie · sicca minoris · fit autẽ

inde vnũ conditũ ex radicibꝫ sicut de pringis ad coitũ incitandũ. Et vsus radicis generat bonum sãguinẽ et multiplicat sperma. Et valet ad digestionẽ bonã procurandã. Et potest isto modo condiri. R. radicũ pastinace mũdate et coque bene et coctas minutim scinde et exprime aquã. cui addatᷣ mellis despumati et coquatᷣ vsqꝫ ad mellis cõsũptionem et continuo moueatᷣ ne adhereat cacabo et citra finẽ decoctionis appone pineas mũdatas postea apponas species aromaticas ut ciamomi zinziberis galange macis nucis muscate etc̃. Et vsus illius conditi virtutem digestiuã miro mõ confortat et bonũ sanguinẽ propagat et multiplicat sparma. Eodem modo fit conditum radicũ prigi vel secacul. Platearius. Et pastinaca domestica a quibusdã daucus domesticus appellatᷣ siue daucia. Est autẽ talis magis comestibilis q̃ daucus siluestris quãtũ ad radices. Et radix talis pastinace domestice est excitatiua ad coitũ quia est vetositiua et calefactiua et humectatiua que tria ut plurimũ cõcurrũt ad carnis libidiẽꝫ. Pandecta



Rosa

Rosa frigida est in primo et sicca in secundo gradu. Et rosa viridis et sicca competunt usui medicine. Eligende sũt rose rubee in medicinis. De rosis viridibus multa fiunt scz mel rosarũ. zucrũ rosa℞ et mulsa rosa℞ siropus rosa℞ oleũ rosa℞ et aqua rosa℞. mel rosarũ sic fit Mel despumetur et coletur cui misceantur folia rosa℞ minutim incisa et aliquãtulũ decoquatur. zucrũ rosa℞ sic fit. Recipiatur folia rosa℞ optĩe cõtusa vel miuti ĩcisa et cũ zucro

albo mixta et soli presentetur pro ipsius fermenta
tione. Siropus rosarū sic fit. R. succi rosarū cū zu
cro albo misceatur penes ignē coquēdo ut decet et
cōuenienter datur flegmaticis melācolicis et cole
ricis debilitatis propter dissolutionē spirituū. Ad
idē valet zucrū rosarū notāter colericis. sed fle-
gmaticis datur mulsa ex aqua et melle rosarū fa
cta. vel datur mel rosarū cū aqua decoctionis se
minis feniculi flegmaticis ad mūdificādū stoma
chū a suis hūoribz. zucrū etiā rosarū habz virtu-
tē cōstrigēdi et cōfortādi. ideo valet dissintericis
et lientericis seu diaricis. et in tali casu misceatur
parū masticis pro cōsolidatione vlcerationis inte-
stinoꝝ quod ut plurimū cōsequitur dissinteriā. Con
fert etiā zucrū rosarū cōtra vomitū cū aqua plu-
uiali. Cōtra sincopim et cordiacā passionē que fit
ex calefactione spiritualiū mēbrorū. detur aqua ro
saꝝ vel siropus rosaꝝ vel zucrū rosaꝝ. Itē contra
calefactionē epatis et dolorē capitis fiat iunctio re
gionis epatis cū oleo rosaꝝ. vel frons et tempora
vngantur pro dolore capitis. Et cōtra diaforesim
vel nimiū sudorē vngatur corpus cū oleo rosaꝝ mi
xto cū puluere sādali rubei et albi. etc. Et oleū ro
saꝝ scdm̄ quosdā fit implendo vas vitreū rosis et
oleo. et faciūt bulire in caldario aqua pleno. Itē
cōtra corrosionē oris valet mel rosaꝝ cū aqua ro-
sarū mixtū. Et cōtra sincopim et cordiacā passio-
nes detur aq̄ rosaꝝ in potu et facies irroretur. Et in co
liriis oculorū misceatur. Serapio. Pādecta Et auicē
na de viribus cordis.



Raffanus · Raifort· radis.

Raffanus calidus est et siccus in secundo gradu· Radix autem eius magis competit vsui medicine et viridis magis q̃ sicca· habet autem virtutem inscidendi et dissolue̅di· Et fit ex eo oximel hoc mō Radix contundatur et mittatur in aceto ad tres dies postea aliquãtulum buliat^z et colature mellis sufficientia det^z, Tale oximel valz cõtra quartanã et quotidianam ·Sed si predicte colature misceat^z zucrũ fit siropus cõuenie̅s cõtra quotidianã

ex flegmate salso vel cõtra tercianã notã. i. impu
ram scz mixtam ex colera et flegmate. Item si fri
gidi humores sint indigesti in stomacho radices
raffani infusas in aceto et parum mellis comedat
patiens ad saturitatem. post bibat aquã calidã
et digitis in ore missis vel penna in oleo inũcta vo
mitus prouocetur. Et ipsa herba in vino cocta et ab
sintheo et oleo cathaplasmata regioni splenis va
let contra duriciem eius. vel cathaplasmetur pe
ctini soluit strãguriã et dissuriã. Platearius. Et
succus raffani vel aqua decoctionis raffani cũ ce
rusa et parũ mellis rosarũ confert lentiginibus
faciei et omni liuori eius faciem inde abluẽdo. Itẽ
raffanus quãdo comeditur generat ventositates et
facit eructuare et prouocat vrinã et calefacit. Et
quãdo comeditur ante cibũ impellit cibũ ad supe
riora et non facit cibũ descẽdere ad fũdũ stomachi
Et propter hãc causã quãdo sumitur ãte cibũ prouo
cat vomitum. Et qñ sumitur post cibũ mollit vẽtrẽ
et iuuat cibũ ad descendẽdũ. Et quãdo decoquitur
radix raffani ĩ cibis cõfert tussi et humoribꝫ gros
sis congregatis in pectore. Et est cõueniẽs in ydro
pisi de causa frigida Et quãdo succus eius miscetur
cũ farina lolii facit nasci pilos in alopicia. Et gar
garismus ex eo factus resoluit squinãtiã. Serapio.



Radix · *Rave* ·

Radix calida est et sicca in tercio gradu · et est herba cuius radix simili mō appellatᶻ · et radix usui medicine competit · Et radix raffani domestici similem habet virtutem raffani in capitulo p̄cedenti · et confert contra easdem causas et eodem modo sed non adeo efficax Platearius · Item radix eius valet contra calculum se resoluentem · principaliter eius aqua prodest · Similiter valet aqua eius calida sumpta prouocando vomitū cum pena vel

cū folio quercus. Et raffanus domesticus est radix. sed quod nos vocamus raffanū est raffanus agrestis Pādecta. Et folia radicis ī cibis sūpta resistūt veneno. Radix etiā ieiuno stomacho sumpta comesta vel potata magnū prestat sanitatis adiutoriū. sed inflationē facit et ructuationes fetidas Semen eius vrinā mouet ventrē malaxat. Decoctio enī radicis ī cibis ptisicis prodest et flegma thoracis purgat. Et decoctio radicis cū oximelle sumpta vomitū mouet. cū melle mixta putredinē oris curat abluendo os. Et decoctio radicis ī aqua liuorem faciei tollit et vim fungorū venenosorū compescit. Semen vero eius cū aceto coctū et potatum splenē minuit. Et decoctio totius herbe radicis et altee in modū cathaplasmatis ydropicis applicata confert et spleneticis. Et Pādecta dicit. Nos autē experti sum⁹ de hac plāta multotiēs ꝙ qñ coq̄t^z multū cū list ordei donec dissoluat^z in decoctione et detur ī potu habet magnā efficaciā ī egritudinibus pectoris antiquis que fiūt ab humoribꝫ grossis. Itē semē eius confert venenis sicut tiriaca. Et rasis dicit auctoritate Serapionis ꝙ expertus fuit hoc et inuenit verū ꝙ aqua radicis raffani domestici super scorpionē distillata vidit ipsū statim immobilē. et deinde inflatus est et crepuit per medium. Serapio.



Ruta

Ruē.

Ruta calida est et sicca in tercio gradu. cuius duplex est maneries scilicz domestica et agrestis que pigam̄ dicitur. Et folia et semina cōpetūt vsui medicine. Virtutem habet diureticam et dissoluendi et consumendi. Puluis rute cū piretro naribus inflatus flegma educit et cerebrū mundificat. ideo valet ad epilētiam et alias discrasias cerebrales vicio flegmatis causatas. Vinum etiā decoctiōis rute et pionie et roris marini valz ad idē notāter

ad epilẽtiã. Itẽ vinũ decoctionis rute in potu datũ valet cõtra defectũ visus. Vinũ decoctionis rute cũ piretro valet dolori dentiũ ablue͏̃do os. Et cõtra paralisim mẽbrorũ valet vinũ decoctionis rute et castorii et herbe paralisis. Itẽ contra yliacã passionẽ et colicã valet succus rute cũ parũ pulueris esule et mellis mutuo miscendo et det᷑ patienti in potu. Itẽ cõtra tenasmonẽ decoquat᷑ ruta et taxus barbatus in vino et oleo et fiat eulzacisma i. sessio super talẽ decoctõnẽ calefactã. Vinũ etiã decoctiõis rute absinthei et corticis tamarisci vel florũ geneste cõfert opilationi splenis et epatis Et ruta et anetũ cocta in vino et oleo et cathaplasmata pectini confert strangurie et dissurie. Item ad mẽstrua prouocanda et fetũ mortuũ et secũdinã educẽdã det᷑ triffera magna cũ succo rute. Idẽ operatur succus eius solus per os datus aut pessarisatus cũ mirra. Et cõtra lippitudinẽ oculoꝝ et rubedinẽ pulueis thutie cũ succo rute conficiat᷑. Cõtra venenũ bibitũ vinũ rute bibat᷑. Et contra morsũ animaliũ venenosorũ vꝫ ruta emplastrata morsui. Et si quis fuerit totus circũdatus ruta viridi secure potest accedere ad basiliscũ interficiendũ Serapio auctoritate diascoridis ruta est de rebus cõferentibus inflationibus et ventositatibus et ipsa extinguit libidiem. et etiam prouocatiua vrine et mẽstruorum.



Ros marinus Romarin

Ros marinus calidus est et siccus ·et est frutex cuius excessus in qualitatibus per platearíũ non determinatur· Sed pãdecta auctoritate mesue est calidus et siccus in tercio gradu· Et eius sũt plures species ·Et virtus omniũ specierũ est similis ex hoc ꝙ resoluit mollificat abstergit et incidit· Et succus ei us cũ aqua mellis curat obscuritatẽ visus que fit ex hũiditate grossa· ẽplastrũ factũ ex foliis roris marini et succi plãtagis cõfert fluxui


sanguinis emoroidarũ. Et idẽ sedat apostemata calida ani. et extenuat emoroidas egredientes et maturat scrofulas et apostẽata difficilis maturationis addita radice altee. Et vinũ decoctionis folioꝝ roris marini cũ scolopẽdria et borragine cõfert yctericie. Et quãdo sumitᶻ in potu cũ vino addita paritaria cõfert torsionibus ventris. Et vinũ decoctionis eius et seminũ feniculi et petrosilini et arthimesie prodest vrinã et mẽstrua prouocãdo. Et succus eius expressus cũ aqua feniculi cũ thutia miscẽdo fit inde colliriũ quod acuit visũ. Et semen eius quando sumitᶻ in potu facit idẽ. Et qñ decoquitᶻ ipsa tota herba roris marini cũ calamẽto in vino et oleo et vngatur inde corpus prouocat sudorẽ. et sic confert in ydropisi. Et vinũ decoctionis roris marini et rute valet in epilentia addito parũ piperis. Et puluis roris marini cũ farina lolii vel furfuris cũ succo ebuli et paꝝ aceti miscẽdo valet in podagra. Et quãdo abluitᶻ caput cũ aqua decoctionis roris marini et maiorane et florũ sticados confert cerebro et dolori capitis. Cõtra sincopim detur dianthos cũ vino decoctiõis roris marini. Contra humiditatẽ vue vinũ decoctionis eiꝰ gargarisetur cũ parũ piretri. Contra dolorẽ intestinorũ ex ventositate detur vinũ decoctionis eius et cimini. Ad mẽstrua prouocanda et ad conceptionẽ fiat fomẽtũ circa pudẽda cũ aqua decoctionis eius et mellisse. Serapio.



Rapa

Rapa calida in secundo et humida in primo multũ plus aliis herbis nutrit. dure tamen ẽ digestionis. mollem et inflatam facit carnẽ propter sui ventositatem et inflatiõem. ideo augmentat sparma et prouocat coitum. Et q̃to magis decoquãtᷣ et melius nutirunt. et nocumentũ earũ aufert et decoqui debent cum carne pingui. Itẽ podagrici et artetici si fomentẽtur in earũ decoctione dolorem sedant. Et vinum decoctionis seminis raparum

domesticarũ valet contra serpẽtis morsũ. Et tale vinũ illinitũ super morsũ serpẽtis prodest. Itẽ rapa inflat. et semen seu sperma in homine generat Item due sũt spẽs rapaꝝ scꝫ domestica que superi⁹ dicta est. et agrestis que vocat᷑ rapola scdm̃ vã decta cuius succus mirabiliter herpetibꝫ et fistulis impositus medet᷑. Et semẽ ei⁹ est teriaca venenis Rape cocte et comeste nutriunt et generant vẽtositates et incitãt ad libidinẽ et augẽt in spermate. Et decoctio raparũ applicata super podagrã et sup scissuras que fiũt a frigore cõfert eis. Et quãdo fit emplastrũ cũ rapa cõtrita cũ succo ebuli facit ad idẽ. Et quãdo foditur rapa vna ad cuius cauaturã ponat᷑ cera liquefacta cũ oleo rosarũ et ponitur super cineres calidos et calefiat multũ cõfert scissuris vlceratis que fiũt a frigore. Itẽ folia rapaꝝ cocta cũ petrosilino et feniculo et borragine ĩ iure carniũ et comedãtur prouocãt vrinã. Itẽ semẽ rape ponitur in confectionibus tiriacarũ que fiũt cõtra venena. Et semen rape agrestis administratur in medicinis que mũdificant faciem corporis scꝫ cũ farina lupinorũ et farina fabarũ et cerusa ĩ aqua miscendo. Et est alia species rape parue que qñdo comedit᷑ generat inflationes. et eius nutrimẽtũ est minus alterius rape. Serapio



Ribes

Ribes est frigida et sicca ī secūdo gradu. et est fru
tex cuius fructus est rubeus et dulcis cum aceto
sitate et stipticitate. Et ex hoc cōtingit q̄ infrigidat
stomacum et abscindit fluxum ventris et vomi-
tum et sitim. Et rob eius .i. succus eius confert
cordiacis et vomitui et fluxui qui fiunt a colera
Et prouocat appetitū cibi sua frigiditate. Et succ⁹
eius exprimitur ex fructibꝫ quādo terūtᶻ et coqui
tᶻ p̄ssura illa donec hēat substātiā. Et talis succ⁹

abscindit sitim que accidit a calliditate et a colera Et confert morbillis et bothar que fiũt in corpore sicut sũt variole cũ similibus. Et modus siropi eius est sicut siropus de berbaris. Et est frigidus et siccus qui potest isto modo fieri. ℞. succi ribes. lb. j. succi boraginis q̃r. lb. seminis plãtaginis. seminis citonior aã. ʒ. ij. bulliantur cũ parũ aceti ad cõsũptionẽ tercie partis et colature addatur zucri albi quod sufficit pro dulcorat͞oe et fiat siropus conueniens calori febrili et fluxui ventris ex colera. Valet etiã cõtra pestilentiã cũ aqua acetose exhibendo et sitim extinguit. Et stupefacit dentes eius succus ori exhibit[9]. Et succus ribes cum aqua plantaginis potatus confert emoroidibus et ebrietati. Serapio. Et pãdecta auctoritate rasis ribes est frigida et sicca stringit ventrem. Et idem auctoritate mesue frigida est et sicca ĩ secũdo gradu. et rob eius. i. succus fructuũ. Ribes est sicut rob acetositatis citri calorẽ colere et exuberantiã sanguinis extinguit. Et valet apostematibus pestiferis seu pestilẽtie. Itẽ succus ribes cum puluere thucie mixtus acuit visum. Etiam succus eius valet dolori capitis ex frigiditate.



Rubea tinctorū· *garance*

Rubea tinctorum est calida et sicca in secundo gra du secūdum plures autores · Sed secundū auerroym in colliget ca· de rubea tinctorū calida est et sicca in tercio gradu· Et ē duplex· s· domestica et agrestis Vel maior et minor· Maior est que maiora habz folia· Et minor que minora habz folia et minoris est virtutis hz autē virtutem cofortādi sua ponticitate et diuretica est sua amaritudie· Cōtra debilitatē stōachi et epatis ex relaxatiōe dētᶻ vinū

decoctionis eius et masticis. Valet etiam empla
strū super stomachū factū ex pu luere radicis ru-
bee tinctorū et puluere galāge et mastice et oleo et
cera. Ad mēstrua prouocāda et fetū mortuū et se-
cūdinā educendā cōtūdat radix rubee tictorū cū
melle vngat et cū scamonea spergat et fiāt inde
pessaria et immittat matrici et valebit ad predi
cta. Itē aqua decoctionis eius si caput inde ablua
t reddit capillos rubeos. Quidam propinant ra
dices tincture rubee puluerisatas cū mellicrato
sciaticis necnon paraliticis. Succus eius auribꝫ
infusus dolorē auriū mitigat cū sulphure mixt⁹
Pandecta. Virtus etiā radicis rubee tinctorꝝ mun
dificat epar et splenē et aperit opilationes eorū et
prouocat menstrua et vrinā grossā prouocatione
forti. et abstergit abstersione tēperata oīa que indi
gent abstersione. ideo cōfert morphee albe puluis
radicis eius cū puluere aloepatici et succo allei et
parū mellis inde vngēdo morpheā. Et radix hui⁹
herbe est rubea sicut appellatur. et habet virtutē
prouocandi vrinā. Et quādo bibit succus radicis
cū mellicrato cōfert ycterice sciatice et paralisi. et
facit mingere vrinā multū grossā. et fortassis fa-
cit mingere sanguinē. ideo valet miscere masticē.
Serapio capitulo eodem.



Solatrum · morelle. Cocret.

Solatrum est frigidum et siccum in secūdo · et sūt quatuor species · Una earū comeditur · alie vero nō et illa que comeditur est domestica et est herba non magna habens ramulos plurimos · et folia eius nigra similia foliis baseliconis · et habet semē rotundum cuius color est viridis et niger sed quādo maturatur fit rubeū · et quando frāgitur invenitur in eo humiditas multa et granula sunt semina eius · Et sapor eius est stipticus et est compositū ex virtutibus compositis

vult inuere serapio quia ĩ eo sũt due substãtie scz terrea et aquosa. Et qñ fit emplastrũ ex foliis solatri et lappacio acuto cũ aceto et sale factũ resoluit apostemata et curat scabiẽ vlcerosã et pruritũ eius. Et idẽ vȝ inflacõni stomachi. Et succus solatri valȝ doloribȝ capitis ex cã calida ab extra applicãdo. Et succus eius misceatᶻ cũ cerusa et litargiro et oleo rosaꝝ et paꝝ aceti cõfert erisipile et aliis apostẽatibȝ multũ ignitis. Et qñ idẽ miscetur cũ pane vȝ scabiei vlcerose. Et qñ fit nastale vel pessariũ cũ succo solatri et plãtaginis et puluere boli armeni cõfert cursui hũiditatũ matricis. Et cum succo solatri et succo scolopendrie cũ zucro fit siropus cũ clarificatiõe cui addẽdo reubarbarũ et maxĩe confert opilatiõi splenis et epatis. vel q̃ meliꝰ est. R. succi solatri. vnc. iij. reubarbari. ʒ. j. spice ℈. s. zucri vnc. s. terẽda terãtᶻ et tepide administretᶻ. Et cõtra calida apostemata stomachi vel epatis vel ĩtestinoꝝ cõfert succus solatri cũ aqua ordei et multũ approbatᶻ. Idẽ valȝ cõtra calefactionẽ epatis pecia pãni intincta in succo eius sepe applicata regioni epatis prodest. Idẽ fiat cõtra colicã et podagrã vel ipa herba trita cũ oleo vel aqua rosarũ desup ponatᶻ. Cõtra calida apostẽata ĩ principio confert solatrũ cũ aceto cõtritũ pro repcussione. Et solatrũ raro pro alimẽto sũitᶻ. sed ut medicina gratia infrigidationis Pandecta. Serapio et c̃.



Spinachia.

Spinachia est frigida et humida in fine primi gra
dus. Lenire habet ventrem et confert dolori pecto
ris et pulmonis et doloribus qui a colera fiūt et
sanguine. Et nutrimētum eorum est meli⁹ nutri
mēto atriplicis Et est operatio spinachie prope opa
tionem atriplicis. Et in ipsis est virtus abstersiua
lauatiua et vincunt coleram. Et comedūtᶻ in ole
ribus vel buliantur cum carnibus recentibz. Cō
ferūt etiā dolorib3 dorsi ỽicio sanguis. et ē lenitiā

ventris. Et fortasse restringũt stercus a iure eorꝫ ergo auferantur spinachie a iure suo et si comedã tᶻ cõferunt anhelitui et pectori et pulmoni calido. Itẽ spinachia ingreditur optimũ genus olerũ tpe cõstipationis vẽtris quod notãter potest sumi tpe estatis et fit isto modo. Recipiantᶻ spinachie et bletes et atriplex et lactuce borago que oĩa buliantᶻ maxime in iure carniũ recentiũ et multũ cõferũt ad p̃dicta accidentia. Sed vbi est maior intentio infrigidationis in corpore exuberanter calido possunt addi portulace. Et vbi est maior intentio lubricatõnis p̃cipue in corpore multũ cõstipato ex calore addatur mercurialis cũ vuispassulis. In hieme vero conferũt olera facta ex nasturcio aquatico petrosilino et vrtica miori et feniculo et spinachia quod omni tempore potest sumi. Et nũꝗ expedit corpori tpato ꝗ herbe crude sumãtur exceptis lactucis et portulacis et boragine temporibꝫ feruidis ad compescẽdũ sanguinis feruorẽ et estuationẽ in stomacho et epate. Et vsus frequens olerũ non cõfert ut patet per auerroim quĩto colliget. omnia olera generant melãcoliam dempta lactuca et boragine.



Siler montanum

Siler montanũ.i.sileos calidũ et siccũ ĩ fine secũdi gradus secũdũ pãdectã et auicẽnã. Virtutẽ hʒ incidendi et dissoluẽdi humores flegmaticos fiscosos et congelatos. Et propter hoc aperit vias omnes et cãnales opilatões et prouocat vrinã et mẽstrua. Et confert asmati et omnibʒ egritudinibus flegmaticis. Et semen sileris mõtani ponit² ĩ medicinis. Virtutem habet diuretiam. Vinum decoctionis seminis eius confert contra


strangurià et dissurià·et cõtra opilationẽ splenis et epatis renũ et vesice·Et puluis semis sileos cũ ficubus siccis mixtus confert ad idẽ· Fumigatio etià facta cũ herba sileris mõtani et abrotano mẽstrua prouocat et valet cõtra stràgurià et dissuriam· Ipsa herba in vino cocta pectini emplastrata stràgurià soluit·Et vinũ decoctionis sileris mõtani et radicis preos cõfert ĩ asmate et epilentia· Et serapio auctoritate diascoridis· Virt⁹ eius est calefactiua scilꝫ radicis eius et semĩs Et quãdo sumitur vinũ decoctionis eius prouocat vrinà·et coartacioni anhelitus cõfert et suffocationi matricis et in prouocãdo mẽstruũ expellit fetũ· Et idẽ età cõfert tussi antique et debilitati digestionis et torsionibus vẽtris et debilitati epatis· Et quãdo sumitur ex semine eius aut radice eius in vino et pipere preseruat et defẽdit hominẽ a frigore aeris· Et propter hoc cõfert itinerantibꝫ in hyeme·Et qñ homines et alia aĩalia de hac plãta comedũt tempore coitus eorũ cõfert eis statim ad pregnandũ· Pandecta et serapio auicẽna·Vinũ dectionis radicis eius et seminis confert in dolore dorsi·Et aqua decoctionis eius et rosarũ valet in soda·i·dolore capitis·



Sinapis *moutarde.*

Sinapis est calida et sicca in quarto gradu. Et eiꝰ
duplex est species. Una est cuius semina exterius
sūt subnigra interius vero alba. Alia cuius semi
na interius et exterius sunt alba. et habent vnā
virtutem sed prima species est acutior secūda. Et
est eligēdū illud quod non est nimis siccū nec exte
nuatū et sit granū grossū et si frangitur est albū.
Virtꝰ folior est vlceratiua propter hoc pūgit mul
tum quādo terit᷑ et miscet᷑ cū radice enule pulue

risate et dimittat᷑ per horam et cõfert sciatice vlce
rose. Et qñ miscet᷑ cũ oleo lauri et inde linit᷑ scabi
es vlcerosa sanat eam. Et idem cõfert dolori sple-
nis et aufert etiã maculas vnguiũ. Et qñ radix
eius suspendit᷑ collo patientiũ dolorem dentiũ pro
dest. Et habꝫ etiã virtutẽ attrahendi et cõsumendi
superfluitates cerebri qñ masticatur vel fiat gar
garismus cũ puluere eius et piretri et zinziberis
ana pondere cũ melle rosaꝝ et aqua plantaginis
miscendo. Idem confert apostemati oris et in casu
vuule. Et qñ fit ex semine sinapis et vitello oui et
parũ salis vnguẽtũ valet ad scrofulas. Et pul-
uis eius mixtus cũ zinzibere naribꝫ apposit᷒ cau-
sat sternutationẽ et valꝫ in epilentia et litargia qꝛ
excitat eos talia patientes. Etiã quãdo fit empla-
strũ ex eo et semine rute et eius oleo cõfert in litar-
gia capiti applicãdo pillis prius abrasis. Et semẽ
sinapis cũ succo abrotani mixtus valꝫ ad alopici
am et ad dolores ãtiquos scꝫ splenis et sciatice pas
siõis qꝛ trahit materiã ad exteriora et cõsumit eã
Et quando miscet᷑ eius semẽ cũ cerusa et melle et
aqua dissolutionis furfuris tritici mũdificat faci
ei maculas. Et semẽ eius coctũ cũ aceto valet ad
scabiem vlceratã. Et aqua decoctionis ei᷒ valꝫ fe-
bribꝫ pioticis siue ĩterpellatis Pãdecta Auicẽa et ẽ



Squinantum

Squinantum dicitur palea camelorum quia cameli eam herbam comedũt calidũ et siccum in secundo Pãdecta et Auicẽna. In arabia reperitur. Eligẽdũ est subalbidũ. et quod durũ existit circa stipitẽ a-biciatur. Virtutẽ habet purgãdi flegma principaliter non quod per se ponitur sed cum purgãtibus flegma vt polipodio esula et c̃. In ipo ẽ stipticitas. q̃re confert in fluxu sanguinis et intestinorum et renum Et qñ bibitur vinũ decoctõis ei⁹ cũ polipodio et succo fumiterre

cũ zucro miscendo cōfert in ydropisi de frigida causa. Et vinũ decoctōnis ei⁹ cũ pipere valet ĩ spasmo et dolore lacertoꝝ. Cōfert etiã ĩ dolore matricis vicio eius nimie lubricationis fiat ex ipso et plantagine et bursa pastoris cũ vino eulzacisma. Et squinãtũ est herba similis cipero. et reperit² in pratis Et fortassis ex eo tota terra vbi nascit² quãdo desiccat² fit alba. Et quod ex ipso administrat² sunt folia flores et radices. Auicẽna dicit ꝙ squinãtũ est duarũ specierũ. Vna earũ est que nõ habet fructũ nigrũ sed apparet vt cauda equina. Aliud est arabicum. et est boni odoris et maioris efficacie. Squinãtũ in vino decoctũ cũ arthimesia et catha plasmatũ pudẽdis menstrua educit strãguriã et dissuriã soluit. Et prouocat vrinã vinũ decoctōnis eius et seminis feniculi. Et ĩ radice eius est stipticitas. propter hãc stipticitatẽ administrat² ĩ fluxu sãguinis. Serapio. Flos eius est pauce stipticitatis calefactiuus mollificatiuus frangens lapidẽ. aperitiuus orificiorũ venarũ. prouocatiu⁹ vrine et mẽstruorũ et resoluit inflationes. Et cōfert sputo sãguinis et dolori stomachi. Et oleũ squinãti prodest in pruritu. Auicẽna. squinantũ est stipticũ. quapropter cōfert eius flos fluxui sanguinis vndecũꝙ fit. Pandecta.



Serpentaria. *Serpentine ou Couleuvrée.*

Serpentaria. i. draguntea maior calida et sicca. Radix eius vsui medicine competit. Excessus ei9 non determinatur ab autoribus platearius. sed pandecta auctoritatate serapionis. c. de luff. i. draguntee dicit q draguntea est maior et minor. Maior est que vocatur serpentaria quia habz vestigia in modũ serpentis. vel quia venenum serpentis fugat. Sed minor est illa que vocatur aaron et est illa que habz folia plana. Pãdecta etiã auctoritate

galieni Vi. simpliciũ ca°. de serpẽtaria. substãtia ra
dicis eius subtilior est substãtia radicis aaron et
ĩ sapore eius est acuitas et amaritudo et stipticitas
pauca. et est ca. et sic. ĩ pri°. Virtutẽ hʒ dissoluẽdi
et mũdificãdi. Succus eius mixtꝰ cũ aqua rosaꝝ
et cũ parũ ceruse et ĩ sole tẽperetᷣ et inde facies per
ungatᷣ. ipsã enĩ clarã reddit et pãnũ eius deponit
Et prodest fistule puluis radicis eius cõficiatur cũ
sapone et fistule imponatᷣ foramen eius dilatat ĩ
tãtũ ꝙ os fractũ seu putrefactũ extrahi possit Itẽ
cõfert etiã ad cãcrũ isto modo. ℞. pulueris serpen
tarie duas partes et terciã ptẽ calcis viue misceã
tur cũ parũ vini vel aceti ĩ modũ paste ĩ testa su
per carbone exsiccetᷣ et puluis inde factus cancro
supponatur. cancrũ corrodit mũdificat et curat.
Ad apostẽa maturãdũ et rũpẽdũ et ad mẽstrua
prouocãdũ folia viridia cũ oleo cocta cathaplasmẽ
tur super apostẽata et suppositoriũ inde factũ pro
uocat mẽstrua. Serpẽtia hʒ quidẽ aliquid simile
aaron tã ĩ foliis ꝙ ĩ radice. sʒ acrius est eo et ama
riꝰ ideo magis calefactiuũ. Et radix eius expur
gat viscera oĩa grossos hũores et viscosos subtili
at. iõ vinũ decoctõnis eiꝰ et scolopendrie mũdificat
et aperit opilationes splenis et epatis et renũ qꝛ sub
tiliat hũores grossos pãdecta. Sʒ albertꝰ de virtu
tibʒ herbaꝝ dicit. serpentaria cũ trifolio ĩhumata
generat serpẽtes rubeos et virides de quibʒ si fiat
puluis et ponatur ĩ lampade ardẽte videbitᷣ copia
serpẽtũ et c̃.



Satirion

Satirion .i. testiculus vulpis est calidus et hūidus in primo . habet folia similia foliis lilii albii et etiā in floribz cōuēit . et quod de ipa administratr est radix que dulcis est Et ī humiditate eius est inflatio superflua gratia cuius incitat ad libidiēz Et vinum decoctionis radicis eius incitat ad libidinem . Et radix eius elixata cum carnibus recētibus vel assata magis conuenit ad carnis libidinem . Et diascorides dicit capitulo orchis id est


satiron. q si vir comedat maiorē partē radicis satirionis generat masculos. et si minorē partē generat feminā. Et mulieres partiū ytalie dant eā radicē tritā cū lacte caprino ad incitādū libidinē. Virtus etiā radicis eius est que resoluit apostemata inflata quando ponit[z] super ea decoctio radicis cū oleo. Et eius succus cū melle rosa[r] mūdificat vlcera sordida et apostemata fraudulēta putrida curat et erisipilā que est defedatio cutis vicio sanguinis colerici. Et in ipsa est stipticitas ideo retiēt parū ventrē quando bibitur pcipue. alia est species que simili modo apparet. s[z] illa species hab[z] florē purpureū. et illa species trita cū sale aperit emorroidas. Et quando administrat[z] sicca prohibet dilatationē vlcerū et abscidit putredinē eorū et curat vlcera fraudulēta que sūt in ore. Sed est alia species satirionis que vocatur palma cristi cui[9] folia sunt similia foliis prime speciei satirionis sed sunt graciliora cū nigris maculis que venenis resistit quam si quis penes se habuerit a maleficiis et venenis securus erit. Pandecta. Et illa species est calida et sicca in secūdo et est ei proprietas mūdificādi cutē et confert membris neruosis. Pādecta auctoritate auicenne.



Scicados citrinum

Scicados citrinū est absintheū marinum calefacit in secundo gradu et desicat in tercio habens minutum semen simile semine herbe que dicit᷑ abrotanum. et est plena semine et habet folia stricta et non est ita amara sicut absintheum et habet odorē grauem. et non est tāte stipticitatis sicut absintheum sed virtus eius est diuersa a virtute absinthei Nam est mala stomacho et occidit vermes in ventre plus ꝙ absintheū qn̄ apponit᷑ extra et qn̄ recipi

tur ab intra. Et quando sumit² cũ melle interficit vermes et expellit eos cũ laxatiõe leni. Et quãdo coquit² cũ lentibus et bibit² facit idẽ. Virtus etiã sticados citrini est instisiua resolutiua ventositatũ Et eius cinis cũ oleo eius vel oleo amigdalino linit⁹ confert alopicie. Et eius oleũ facit nasci barbã que tardatur. Et decoctio eius cũ aceto prohibꝫ herpestiomeũ et carbũculos. Itẽ ad obtalmiam valꝫ vapoꝛ decoctionis eius in aqua rosaꝝ et resoluit eam. Confert difficultati anhelitus vinũ decoctionis eius. Item decoctio eius et absinthei in aq̃ et exhibeat² cũ parũ mellis extrahit vermes et ascarides et interficit eas. Et vinũ decoctionis eius cũ arthimesia et semine petrosilini prouocat vrinã et menstrua. Et eius oleũ cõfert frigoꝛi rigoꝛis febrilis pulsũ manuũ et pedum ante hoꝛã rigoꝛis idẽ vngendo. Item oleũ cõfert puncture scoꝛpionis aut alioꝝ animaliũ venenosoꝝ. Item vinũ decoctõnis eius et draganti spiritualia mẽbra calefacit miscendo cũ parũ zucri propter eius amaritudinẽ Idẽ valet contra stranguriã et dissuriã et ad opilationẽ splenis et epatis addendo scolopendriã Itẽ cũ infirmus surgit ab infirmitate ad neruoꝝ confoꝛtationẽ valet aqua decoctiõis eius et laueͤdule



Sticados arabicū.

Sticados arabicū est calidū et siccū i tercio gradu Pandecta. sed secūdū iohānē mesue. capitulo de sticados arabico est calidū in primo et siccū in secūdo Et est compositū ex partibꝫ terreis frigidis danti-bꝫ ei stipticitatē paucā et ex partibꝫ igneis subtili-bus a quibꝫ insunt ei acuitas et amaritudo. sed a cuitas plus est sua amaritudie. et amaritudo plꝰ est stipticitate ipsius propter quod est subtiliatiuū resolutiuum. aperitiuum opilationum ab

stersiuū et solutiuū nature· et est preseruatiuum prohibēs a putrefactione· Et est ex parte stipticita tis pauce confortatiuū cordis et cerebri et neruorū et viscerū· Et prohibendū est habētibus colerā in stomacho· conturbat enī eā· inducens sitim et vomitū et estuatōnē laboriosā et etiā colericis obest et est ex debiliter soluētibus · propter quod miscē dū est ei sal gēma aut mirabolani indi seu kebu li· magnificāt enī operationē eius · Et sticados a rabicū solutione educit melācoliā et flegma· mū dificat cerebrū et neruos et mēbra sensuū· et pro pter ī egritudinibus capitis ·Effusio flor sticados arabici scz· vnc· s· vel vnc· i· in aqua cāsei cū vuis passulis additis mirabolanis nigris vel kebulis ℥· ii· et stet infusione per noctem colet[z] et colature addatur diasenicionis vel diasene· ℥· i· cassiefistule ℥· ii· et fiat haustus cōueniens pro solutione humo rum ut supra· Et fomētatio facta ex eo et maiora na et spicaceltica cū aqua decoctionis eius vel loto capitis cōfert egritudib[z] frigidis capitis Et oleū sti cados arabaci cōfortat cerebrū et neruos et os ca lefacit et viuificat· Et euaporatio decoctionis eius aperit opilationes nariū· Et vinū decoctionis eius et scolopendrie cū squilla est medicina bona in opi latione splenis et epatis et viscerū· Et est sedatiuū doloris lacertorū neruorū et iuncturar secundum omnē modū administrationis Mesue· Serapio·



Spargus

Spargus calide et sicce complexionis habet virtu-
tem aperitiuam opilationū splenis et epatis et re-
num. et habet etiā virtutē abstersiuā. Et proprie
semen eius et radix. Et quando decoquitur radix
eius et bibitur decoctio ipsius confert strāgurie et
yctericie et stiatice passionibus in vino decoquendo
Et quando ex decoctione eius cū vino addito piretro
fit mixtio et inde abluatur os cōfert contra dolorē
dētiū Et quādo elixatur vna elixatiōe seu ebulitiōe

et comedit[z] mollit ventrē et prouocat vrinā. Et q̄
do coquitur in vino prodest decoctio eius morsui a-
nimaliū venenosorū. Et semen eius quādo bibit[z]
facit operationes radicis. Et dicitur q̄ elixatura
eius occidit canes. Et dicūt aliqui q̄ quando cor-
nua arietū sepeliūtur in terra nascūtur inde spar-
gi. Et proprietas eius est remouere dolorē lūborū
qui fit a flegmate et ventositate. Et etiā remouet
